illis ihesus et exprobrauit incredulitatem illorum et duriciam cordis: quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui uero non crediderit: condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollet. Et si mortiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponet: et bene habebunt. Et dominus quidem ihesus: postquam locutus est eis: ascendit in celum: et sedet adextera dei. Illi autem profecti predicauerunt ubique: domino cooperante et sermonem confirmante

sequentibus signis. Credo in unum. **Offit.** Viri galilei quod admiramini aspicientes in celum hic ihesus qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quem admodum uidistis eum ascendentem in celum. **alla. Seta.**  
**S**uscipe domine munera que profili tui gloriosa ascensione deferimus et concede propitius ut a presentibus periculis liberemur: et adiutam ueniamus eternam. **Psalmus.** Qui post resurrectionem suam. **Infra canonem.**  
**Communicantes. Com.**  
 Psallite domino qui ascendit super celos celorum adorantem alleluia. **Psalmus 2. m. u.**  
**P**resta nobis quesumus omnipotens et misericors deus: ut que uisibilibus mysteriis sumenda percipimus: inuisibili cosequamur effectu. **P. Predicatum** **alla scilicet** ascendis



et alla. Dominus in syna. qd  
est infra in dominica dicantur  
per octauam alternati  
quando de ascensione agit  
7 unum tantum Alleluia.  
dicatur nisi in dñica. Do  
minica infra octaua officii.

**E**xaudi domine uocē  
meam qua clamaui  
ad te alleluia tibi dixit cor  
meum quesui uultum tuum  
uultum tuum domine requi  
ram ne auertas faciem tuam  
ame alla alla. **V** Dominus  
illuminatio mea et salus me  
a quem timeo. **Gla p̄i. Orō.**

**O**mnipotens sempit  
erne deus: fac nos  
tibi semper et deuotam ge  
rere uoluntatem: et ma  
iestati tue sincero corde ser  
uire. **P. V. e. v. Petri apli.**

**R**emane stote pruden  
tes: et uigilate in  
orationibus. Ante omnia  
autem mutua in uobis  
metipsis caritatem conti

nuam habentes: quia ca  
ritas operit multitudinē  
peccatorum. Hospitalis in  
uicem sine inuentione  
ne. Unusquisq; sicut acce  
pit grām in alterutrum il  
lam administrantes: sicut  
boni dispensatores multifo  
ris gratie dei. Siquis lo  
quitur: quasi sermones dei.  
Siquis ministrat tamquā  
exiuitate quam adminis  
trat deus: ut in omnibus  
honorificetur deus. **Philim**  
xp̄m dominum nostrum.

**Alle. V** Ascendit deus in  
ubilatione et dominus in uoce  
tute. **Alle. V.** Dominus in  
synai sancto ascendens in altū  
captiuam duxit captiuitatē.

**Nullo tempore. Scdm Iohem**  
Dixit ih̄c discipulis suis.

**Q**um uenerit paracletus  
quem ego mittam uobis  
a patre spiritum ueritatis  
qui a patre procedit: ille  
testimonium phibeat de



me. Et uos testimonium p  
 hurebitis. quia ab inicio me  
 cum estis. Hec locutus sum  
 uobis. ut non scandalizemi  
 ni. Absq; synagogis facient  
 uos. Sed uenit hora. ut om  
 nis qui interficit uos. arbi  
 tretur obsequium se pres  
 tare deo. Et hec facient uo  
 bis. quia non nouerunt  
 patrem neq; me. Sed hec  
 locutus sum uobis. ut cu  
 uenerit hora eoz reminis  
 camini. quia ego dixi uob.

**Off.** Ascendit deus in uibi  
 latione dominus in uoce tube.

**Sacrificia Secret.** alla.  
 nos domine immaculata  
 purificent. et mentibus  
 nostris supne gre dent  
 uigorem. **P do. Prefatio.**

**Q**ui post resurrectione  
 suam. o. d. f. **Q**ommu  
 nicantes. **Con.** Pater cum  
 essem cum eis ego seruaba  
 eos quos dedisti michi alla  
 mine autem ad te uenio non

rogo ut tollas eos de mundo. s  
 ut serues eos a malo alla alla.

**R**epleti domine **P** Con.  
 muneribus sacris. da qs  
 ut ingratiarum semper  
 actione maneamus. **P.**  
**In octaua ascensionis ad**  
**missam omnia sicut idie**  
**excepto quod non dicitur**  
**sequencia. nec Credo in unu.**  
**In vigilia pentecosten no**  
**pre misso. Confiteor do.**  
**In hoc officium p lecti**  
**onem sequente r legatur**  
**sine titulo. r sequentes.**

**T**emptauit **Leo. i.**  
 deus abraham. et  
 dixit. Abraham alrahā.  
 Iue respondit. Assum. ait  
 illi. Tolle filium tuum u  
 nigenitum quem diligis  
 ysaac et uade in terram ui  
 sionis atq; offer eum ibi  
 in holocaustum. sup unū  
 montium quem monstra  
 uero t. Igitur abraham de  
 nocte confurgens. strauit

¶



asinum suum. ducens sec  
duos iuuenes et ysaac fili  
um suum. Cumq; conci  
disset ligna in holocaustu  
abiit ad locum quem pre  
cepit ei ds. Die autem ter  
cio eleuans oculos uidit  
locum procul. dixitq; ad  
pueros suos. **E**xpectate  
hic cum asino. ego et pu  
er illuc usq; properantes  
postquam adorauimus re  
uertemur ad uos. Tulit  
quoq; ligna holocausti. et  
imposuit sup ysaac filiu  
suum. Ipse uero portabat  
in manibus ignem et gla  
dium. Cumq; duo pgeret  
simul. dixit ysaac patri  
suo. **P**ater mi. At ille re  
spondit. **Q**uid uis fili. **E**  
ce inquit ignis et ligna.  
**U**bi est uictima holocau  
sti. **D**ixit abraham. **D**s  
prouidebit sibi uictima  
holocausti fili mi. **P**erge  
bant ergo pariter. uene

runtq; ad locum quem oste  
derat ei ds. **I**n quo edificaui  
altare. et desup ligna com  
posuit. **C**umq; colligasset  
ysaac filium suum posuit  
eum super struem lignoz.  
**E**xtenditq; manum et ar  
ripiuit gladium ut immo  
laret filium suum. **E**t ecce  
angelus domini de celo cla  
mauit dicens. **A**braham  
abraham. **Q**ui respondit. **A**s  
sum. **D**ixitq; ei. **N**on ex  
tendas manum tuam su  
per puerum. neq; facias  
illi quicquam. **N**unc cog  
nouit quod timeas deum.  
et non peperisti filio tuo  
unigenito ppter me. **L**e  
uauit abraham oculos.  
uiditq; posttergium arie  
tem inter uepres herente  
cornibus. **Q**uem assumens  
obtulit holocaustum pro  
filio. **A**ppellauitq; nomen  
loci illius dominus inter.  
**V**nde usq; hodie dicitur.



in monte dominus uideb.  
 Vocauit autem angelus  
 domini secundo abraham  
 de celo dicens. **P**memetip  
 sum iurauit dicit dominus  
 quia fecisti rem hanc. et  
 non pepercisti filio tuo u  
 nigenito ppter me benedi  
 cam tibi et multiplicabo  
 semen tuum sicut stellas  
 celi. et uelut arenam que  
 est in litore maris. **P**ossi  
 debit semen tuum portas  
 inimicorum suorum. et  
 benedicentur in femine tu  
 o omnes gentes terre. qui  
 a obedisti uoci mee. **R**euer  
 sus est abraham ad pue  
 ros suos abieruntq; ber  
 sabee simul et habitauit  
 ibi. **Quinq; sequentes o  
 rationes sine** **D**ns uolc.

**dicantur. s; dicatur** **Orem.**

**D**eus qui i ab he fa  
 mili tui. opere hu  
 mano generi obediencie  
 exempla prebuisi. conce

de nobis et nostre uolun  
 tatis prauitatem frange  
 re. et tuorum preceptor  
 rectitudinem in omnib;  
 adimplere. **D. Lco. ij.**

**S**cripsit moyses can  
 ticum et docuit fili  
 os israhel. **P**recepitq; io  
 sue filio num. et ait. **C**on  
 fortare et esto robustus.  
**T**u enim introduces fili  
 os israhel. in terram qua  
 pollicitus sum. et ego ero  
 tecum. **P**ostquam ergo  
 scripsit moyses uerba le  
 gis huius in uolumine  
 atq; compleuit. precepit  
 leuitis qui portabant ar  
 cham federis domini di  
 cens. **T**ollite librum istu  
 i ponite illu i late arche  
 federis domini dei ur̄i.  
 ut sit ibi contra te i testi  
 monium. **E**go enim sci  
 o contentionem tuam  
 et ceruicem tuam duris  
 simam. **A**d huc uiuente



me et ingrediente uobis  
cum semp contenciose e  
gistis contra dominum.  
quantomagis cum mor  
tuus fuero. **Congregate**  
adme omnes maiores na  
tu per tribus uestras atq;  
doctores et loquar audie  
tibus eis sermones istos  
et inuocabo contra eos ce  
lum et terram. Noui eni  
quod post mortem mea  
iniquie agetis. et declina  
bitis cito de uia qua pre  
cepi uobis et occurrent  
uobis mala inextremo  
tempore quando feceritis  
malum in conspectu dñi.  
ut iritetis eum p opera  
manuum uestrarum.  
Locutus est igitur moy  
ses audiente uniuerso ce  
tu filiorum israhel uerba  
caminis huius. ⁊ ad fi  
nem usq; compleuit. **LXX.**

**A**stende celum et loquar  
et audiat terra uerba ex

ore meo. **V.** Expectetur sicut  
pluuia eloquium meum et des  
cendat sicut ros uerba mea sic  
ymber sup gramina. **V.** Et sicut  
nix sup fenum quia nomen  
domini inuocabo. **V.** Date mag  
nitudinem deo nro deus uera  
opera eius et omnes iudici  
cia. **V.** Deus fidelis in quo no  
est iniquitas iustus ⁊ scs dñs.

**D**eus qui nos **Orō.**  
p prophetarium ora  
precepisti temporalia reli  
quere atq; ad eterna festi  
nare da famulis tuis ut  
que ate iussa cognouim.  
implere celesti inspiratione  
ualeamus. **P. LXX. tta.**

**A**pprehendent septē  
mulieres uirum u  
num indie illa dicentes.  
Panem nostrum comede  
mus et uestimentis nrīs  
opiemur. tantummodo i  
uocetur nomen tuum su  
per nos. Aufer obprobriū  
nostrum. Indie illa erit



germen domini in magnificencia et gloria et fructus terre sublimis: et exultatio hys qui saluati fuerint de israhel. Et erit omnis qui relictus fuerit in syon et residuus ierusalem. scs uocabitur omnis qui scriptus est in uita ierusalē. Si abluerit dominus sores filiarum syon et sanguine ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii et in spiritu ardoris. Et creauit dominus sup omnem locū montis syon. et ubi iuocatus est nulem per diem et fumum et splendore ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio et tabernaculum erit in umbraculum diei abestui. et in securitatem. et absconsionem a turbine et a pluuia. **Ps. V** uinea facta est dilectio in cornu in locouleri. **V** Et maceriam circum

dedit et circumfodit et plantauit uineam sozeth et edificauit turrim in medio eius. **V** Et torcular fodit in ea uinea enim domum sabaoth domus israhel est. **Oratio.**

**D**eus qui nos ad celebrandam hanc festiuitatem utriusque testamenti paginis instruis. da nobis intelligere misericordiam tuam. ut pceptione presentium munerū. firma sit expectatio futurorum. **P. Lectio quarta.**

**A**udi israhel mandata uite. auribus perape ut scias prudentiam. Quid est israhel quod intra inimicorum es? In ueterasti in terra aliena. conquinatus es cum mortuis. deputatus es cum hys qui in inferno sunt. Dereliquisti fontem sapientie. Nam si in uia dei ambulasses. habitasses utiq; in pace sup



terram. **D**isce ubi sit sapien-  
cia ubi sit uirtus ubi sit pru-  
dentia ut scias simul ubi  
sit longicurtitas uite et uir-  
tus ubi sit lumen oculorū  
et pax. **Q**uis inuenit locū  
eius. **7** quis introiit in  
thesauros eius. **U**bi sūt  
principes gentium et qui  
dominantur super bestias.  
que sunt in terra. qui in a-  
uibus celi ludunt. qui ar-  
gentum thesaurizant et  
aurum in quo confidunt  
homines. et non est finis  
possessionis eorū. qui aurū  
fabricant et solliciti sunt.  
nec est inuencio operum  
illozum. **E**t tamen exter-  
minati sunt. et ad inferos  
descenderunt. et alij ilocū  
eorum surrexerunt. **I**uue-  
nes uiderunt lumen. et ha-  
bitauerunt sup terram.  
**V**iam autem discipline  
nescierunt neq; intellexe-  
runt semitas eius. neq;

susceperunt eam filij eorum.  
**A** facie eorū longe facta est.  
**N**on est audita in chanaan.  
neq; uisa est in theman. **F**i-  
lij quoq; agar qui exquisi-  
erunt prudentiam. que de  
terra est. negotiatores tre  
et theman. et fabulatores.  
et exquisitores prudentie  
et intelligentie. uiam autē  
sapientie nescierunt neq;  
meminerunt semitarum  
eius. **I**srahel quā mag-  
na domus dei. et ingens lo-  
cus possessionis eius. mag-  
nus. et non habet consum-  
mationem. excelsus **7** in-  
mensus. **I**bi fuerunt giga-  
tes nominati illi qui fue-  
runt ab initio statura mag-  
na. scientes bellum. **N**on  
hos elegit dominus neq;  
uiam discipline inuenerūt.  
**P**pterea perierunt. **E**t qm  
non habuerunt sapienci-  
am. interierunt p̄t su-  
am insipientiam. **Q**uis



ascendit in celum et deduxit  
eam: et accepit eam de nu-  
bibus. Quis transfeta-  
uit mare et inuenit eam:  
et attulit eam super au-  
rum electum. Non est qui  
sciat uiam eius: neque qui ex-  
cogitet sententias eius. Sed  
qui scit uniuersa nouit illam:  
et aduenit eam prudenti-  
a sua. Qui perfecit terram  
in sempiterno tempore: et  
adimpleuit eam pecudibus.  
Qui emittit lucem et uidit  
et uocauit eam et obaudi-  
uit eam in tremore. Stelle  
autem cederunt lumen in  
custodibus suis: et letate sunt.  
Vocate sunt: et dixerunt.  
Assumamus. Et luxerunt ei  
cum iocunditate: qui fecit  
illas. Hic est deus noster:  
et non estimabitur alius  
ad illum. Hic adinuenit  
omnem uiam discipline  
et dedit illam iacob puero  
suo: et israel dilecto suo.

Post hec in terris uisus  
est et cum hominibus con-  
uersatus est. **Oratio.**

**D**eus incommutabi-  
lis uirtus et lumen  
eternum: respice propice  
ad totius ecclesie mirabile  
sacramentum: et da famu-  
lis tuis: ut hoc quod deu-  
te agimus: etiam rectitu-  
dine uite teneamus. **P. T. R.**

**S**icut ceruus desiderat ad  
fontes aquarum ita desiderat  
anima mea ad te deus. **V. S.**  
Sicut desiderat anima mea ad deum ui-  
uum quando ueniam et appa-  
rebo ante faciem dei mei. **V. Fu-**  
erunt michi lacrimae mee panes  
die ac nocte dum dicitur michi  
per singulos dies ubi est deus  
tuus. **O r a t i o.**

**C**oncede quesumus  
omnipotens deus: ut  
qui sollempnitatem do-  
ni spiritus sancti colum-  
bae celestibus desideriis accen-  
si fontem uite siciamus.



Dñm nrm ihm xpm filiu  
tuum qui tecum uiuit et  
et regnat in unitate eiusde  
sp̄s. *Sequitur letania.*

*Quia finita sacerdos dicat.  
Confiteor. Quo dicto. dic  
ta etiam orōne soluta an  
te altare dicat Kyrieleso.  
Gloria in excel. Dñs uobisc̄.*

**P**rotesta quesum̄ *Orō.*  
Omnipotens deus.  
ut claritatis tue super nos  
splendor effulgeat. et lux  
tue lucis corda eorum qui  
p̄ grām tuam renati sunt.  
sancti spiritus illustratio  
ne confirmet. *Ps̄. eiusde.*  
*Idiebus Lectio Actuum*  
*iiii.* Factum est ap̄torū  
cum apollo eēt chorinthi.  
et paulus peragratis supe  
rioribus ptib; ueniret e  
phesum. et inueniret quos  
dam discipulos dixitq;  
ad eos. Si spiritum sc̄m ac  
cepistis credentes. At illi  
dixerunt ad eum. S; neq;

si spiritus sanctus est audi  
uimus. Ille uero ait. Inq;  
ergo baptizati estis. Qui  
dixerunt. In iohannis bap  
tizate. Dixit autē pau  
lus. Iohannes baptizauit  
baptismo penitentie ip̄m  
dicens. in eum qui uentur⁹  
est. post ipsum ut crederent  
hoc est in ihesum. His au  
ditis baptizati sunt in oīe  
dñi ihu. Et cum imposuisset  
illis manus paulus  
uenit spiritus super eos.  
et loquebantur linguis.  
et p̄phetabant. Erant autē  
omnes uiri fere duodecim.  
Ingressus autem synago  
gā tūm fiducia. loqueba  
tur p̄ tres menses dispu  
tans et suadens de regno  
dei. *Alla. V.* Confitemini  
domino quoniam bonus qm̄  
in seculum misericordia eius.  
*non reperatur. Alla. Tractus.*  
*L.* Laudate dominum omnes  
gentes et collaudate eum omēs



populi. **V** Quoniam confir-  
mata est sup nos mia eius et  
ueritas domini manet ietnu.  
**A** illo. tem. **Dix** **Scdm Jo**  
**ihc** discipulis suis. **hane.**  
**S**i diligitis me mandata  
mea seruate. Et ego rogabo  
patrem et alium paracleti  
dabit uobis ut maneat uo-  
biscu ietnu. spm ueritatis  
quem mundus non potest  
accipere. quia non uidet e-  
um nec scit eum. Vos aut  
cognoscetis eum. quia apd  
uos manebit et in uobis  
erit. Non relinquam uos  
orphanos. ueniam ad uos.  
Ad huc modicum et mun-  
dus me iam non uidet.  
**V**os autem uidetis me. qz  
ego uiuo et uos uiuetis.  
**I**n nullo die uos cognoscetis  
quia ego in patre meo. et  
uos in me et ego in uobis.  
**Q**ui habet mandata mea  
et seruat ea. ille est qui dili-  
git me. **Q**ui autem diligit

me. diligetur a patre meo.  
**E**t ego diligam eum et  
manifestabo ei me ipm.  
**N**on dicitur. Credo in unu.  
**Off.** Emitte spiritum tuu  
et creabuntur et renouabis  
faciem terre sit gloria domi-  
ni in seculum alla. **Secrx.**  
**D**umera quesumus do-  
mine oblata sanctifica et  
corda nostra sancti spiritus  
illustratione emunda. **P.**  
**I**n unitate eiusde. **pfato**  
**Q**ui ascendens. **Q**ui  
municantes. **H**anc igit  
oblationem. **H**ec dicunt  
**et p totam sequentem eb-**  
**domadam. Communio.**  
**U**ltimo festiuitatis die dice-  
bat ihc qui in me credit flu-  
mina de uentre eius fluent  
aque uiue hoc autem dixit  
de spiritu quem accepturi e-  
rant credentes in eum. alla  
**S** ducti **Post 2m.** alla.  
spiritus domine corda  
nostra mundet infusio



et sui coris intima aspsio  
ne fecundet. **P.** eiusdem.  
**In die sancto Pentecosten**



**Officium.**

**S**piritus  
domini re  
pleuit or  
bem terra  
rum alla  
et hoc qd

continet omnia scienciam  
habet uocis alla alla alla.

**V.** Confirma hoc deus quod  
operatus es in nobis a templo  
scō tuo quod est iherusalē.

**Gla pa. Gloria in excel. Orō.**

**D**eus qui hodierna  
die corda fidelium  
sancti spiritus illustra  
tione deuisti da nobis i  
eodem spiritu recta sape  
re et de eius semp cōso  
latione gaudere. **P.** eide.

**In diebus Actuum aploz**  
illis. **Q**um compleren  
tur dies pentecostes: erat  
omnes discipuli pariter

in eodem loco. **E**t factus  
est repente de celo sonus  
tamquam aduentis  
spiritus uehementis: et  
repleuit totam domum  
ubi erant sedentes. **E**t ap  
paruerunt illis dispersite  
lingue tamquam ignis:  
sediteq; supra singulos  
eorum. **E**t repleti sunt  
omnes spiritu sancto:  
et cepunt loqui uariis  
linguis prout spiritus  
sanctus dabat eloqui il  
lis. Erant autem iue  
rusalem habitantes iu  
dei iuri religiosi: ex omi  
natione que sub celo est.  
**F**acta autem hac uoce  
conuenit multitudo et  
uiente confusa est: quo  
niam audiebat unus  
quisq; lingua sua illos  
loquentes. **S**tapebant  
autem omis: et mirabantur  
ad inuicē dicentes **N**ōne  
ecce omnes isti qui lo



cuntur galilei sunt. Et quomodo nos audiuimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite. et qui habitant mesopotamiam. iudeam et capadociam. pontum et asiam. frigiā et panfiliam. egiptum et partes libye. que est circa cyrenen. et aduene romani. Iudei quoque et proseliti. cretes et arales. Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnaalia dei. **A**lla. **V** Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. **A**lla. **V** Veni spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris tuis ignem accende. **Sequitur.** **S**ancti spiritus hillo t. **S** Johanne allit. **D**ixit ihc discipulis suis. **S**i quis diligit me. sermonem meum seruabit. et pater meus diliget eum. et ad eum uenimus et mansionem apud eum faciemus. **Q**ui non diligit me. sermones meos non seruabit. **E**t sermonem quem audis

distis non est meus. sed eius qui misit me patris. **H**ec locutus sum uobis. apud uos manens. **P**aracletus autem spiritus sanctus. quem mittet pater in nomine meo. ille uos docebit omnia. et suggeret uobis omnia. quecumque dixero uobis. **P**acem relinquo uobis. **P**acem meam do uobis. **N**on quomodo mundus dat. ego do uobis. **N**on turbetur cor uestrum. neque formidet. **A**udistis quia ego dixi uobis. uadam et ueniam ad uos. **S**i diligeretis me. gauderetis utique. quia uado ad patrem. quia pater maior me est. **E**t nunc dixi uobis prius quam fiat. ut cum factum fuit



credatis. Nam non multa  
loquar uobiscum. Venit  
enim princeps mundi hu-  
ius: et in me non habet  
quicquam. Sed ut cog-  
noscat mundus quia di-  
ligo patrem: et sicut ma-  
datum dedit michi pater  
sic facio. Credo in unum d.

**Off.** Confirma hoc deus quod  
operatus es in nobis a templo  
tuo quod est in iherusalem tibi  
offerent reges munera. alla **Sec.**

**M**unera quesumus do-  
mine oblata sanctifica  
et corda nostra sancti spi-  
ritus illustratione emun-  
da. **P.** eiusdem. **Co.** Fac-  
tus est repente de celo sonus  
aduentus spiritus ueheme-  
tis ubi erant sedentes alla et  
repleti sunt omnes spiritu sco  
loquentes magnalia dei alla

**S**ancti sps **Pr co.** alla.  
domine corda nostra mu-  
det infusio: et sui rois i-  
tuna asphione fecundet.

**P.** In unitate eiusdem **festi**  
**ii. admista offm.**

**C**ibavit eos ex adipe  
frumenti alla et de petra mel-  
le saturavit eos alla alla alla.

**V.** Exultate deo adiutori nro  
iubilate deo iacob. **Gla. pat.**

**Gloria in excelsis. Oro.**

**D**eus qui apostolis  
tuis sanctum dedisti spi-  
ritum: concede plebi tue  
pie petitionis effectum  
ut quibus dedisti fidem  
largiaris et pacem. **Peide.**

**In diebus Lactui aploz.**

**A**periens petrus  
os suum dixit. Viri frs  
et patres nobis precepit  
dominus predicare iplo  
et testificari. quia ipse e  
qui constituit e adio iudex  
uiuoz et mortuorum.

**H**uc omnes pphie testi-  
monium phibent: remis-  
sionem peccatorum acci-  
pe p nomen eius omnes  
qui credunt meum. **Ad**



huc loquente petro uerba hec: cecidit spiritus sanctus sup omnes qui audiebant uerbum. Et obstupuerunt ex circumcissione fideles qui uenerant cum petro: quia et in nationes gra spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis: et magnificantes deum. Tunc respondit petrus. Nūquid aqua? Quis prohibere poterit ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri ihu xpi. **A**lleluia. **V** Spiritus sanctus procedens a throno ap'loz pectora inuisibili hodie plustravit potentia. **A**lla. **V** Spiritus domini repleuit orbem terrarum et hec qd' continet oia scientia habet uocis. **Sequētia** Veni scē sps. **Sedm iohē.**

**N**ullo ē: Dixit ihc discipulis suis. **S**ic deus dilexit mundum: ut filium suū unigenitum daret: ut oīs qui credit in eum nō peccet: sed habeat uitam etnā. Non enim misit d's filium suum in mundū ut iudicet mundum: sed ut saluetur mundus p' ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autē non credit iam iudicatus est: q' nō credit in nomine unigeniti filii dei. **H**oc ē autē iudiciū quia lux uenit in mundum: et dilexerunt homines magis tenebras quam lucē. Erāt enim eorum mala opera. **O**mnis enim qui male agit odit lucem: et non uenit ad lucem: ut non arguantur opera eius. **Q**ui autem facit ueritatem uenit ad lucem: ut manifestentur opa eius.



quia in deo sunt facta.

Credo in unum dñm. **Off.** Inco  
mut de celo dominus et altissi  
mus dedit uocem suam et appa  
ruerunt fontes aquarum alla.

**P**ropitius domi **Secx.**  
ne quesumus hec dona  
sanctifica et hostie spiri  
talis oblatione suscepta.  
nos in et ipsos tibi pñce  
munus eternum. **P. Co.**

Spiritus sanctus docebit uos  
alleluia quecumq; dixerit uobis  
alla alla. **Ps. 2m.** **A**desto  
quesumus domine po  
pulo tuo et quem mis  
teris celestibus inuisi  
ti: ab hostium furore defen  
de. **P. Feria. iij. Officium.**

**M**capite iocunditate  
glorie ur̄e alleluia  
gratias agentes deo alla qui  
uos ad celestia regna uocauit  
alla alla alla. **V.** Adtendi  
te popule meus legem meam  
inclinate aurem ur̄am iūba  
oris mei. **Gla p. Gla i excel.**

**A**ssit nobis **Oratio**

**A**quesumus domi  
ne uirtus spiritus facti  
que et corda nostra cle  
menter expurget et ab  
omnibus tueatur aduer  
sis. **P. eiusde. Leo Actiui**

**N** diebus illis. **ap̄lorum.**

Cum audissent aposto  
li qui erant ierosolimis  
qui recepisset samaria u  
bum dei miserunt ad eos  
petrum et iohanne. **Q.**  
cum uenissent. orant  
pro ipsis ut acciperent  
spiritum sanctum. Non  
dum enim in quem quā  
illorum uenerat. sed bap  
tizati tantum erant in o  
mine domini ihu. Tūc  
imponebant manus su  
p̄ illos. et accipiebant  
spiritum sanctum. **Alla**

**V.** Loquebantur uariis lin  
guis ap̄li magnalia dei. **Al  
leluia. V.** Non uos relinquit  
orphanos uado et uenio ad uos



et gauderit cor uestrum. **Seqn**  
**na.** Veni scē spī **Secm Jo**  
 Nullo ē. Dixit ihē **hannē**  
 discipulis suis. **A**men  
 amen dico vobis. qui  
 non intrat postium in  
 ouile ouium sed ascen  
 dit aliunde. ille fur est  
 et latro. Qui autem in  
 trat postium. pastor ē  
 ouium. Huic ostiarius  
 aperit. et oues uocem ei  
 audiunt. Et pprias oues  
 uocat nominatum. et e  
 ducit eas. Et cum ppri  
 as oues emisit ante  
 eas uadit. et oues illum  
 secuntur. quia sciunt uo  
 cem eius. Alienum au  
 tem non secuntur. s; fu  
 giunt ab eo. quia non  
 nouerunt uocem alieno  
 rum. Hec puerbium dix  
 it eis ihē. Illi autem non  
 cognouerunt. quid loque  
 retur eis ihē. Dixit ergo  
 eis iterū ihē. Amen amen  
 dico vobis. quia ego

sum ostium ouium. Om  
 nes quotquot uenerunt  
 fures sunt et latrones.  
 sed non audierunt eos  
 oues. Ego sum ostium.  
 P me si quis introierit  
 saluabitur. et ingrediet  
 et egredietur. et pascua i  
 ueniet. Fur non uenit  
 nisi ut furetur et mactet  
 et perdat. Ego ueni ut  
 uitam habeant. et habū  
 dantius habeant.

Credo in unum deū. **Off.** Por  
 tas celi aperuit dominus et  
 pluit illis manna ut ederent  
 panem celi dedit eis panem  
 angelorum manducauit hō.

**P**urificet nos **Sec.** alla  
 quesumus domine mi  
 neri presentis oblatio  
 et dignos sacra picipa  
 tione pficiat. **P do. Con.**  
 Spiritus qui a patre pice  
 dit alleluia ille me clarifica  
 uit alleluia alleluia. **Pē con.**  
**M**entes nostras quesu



mus domine spiritus  
sanctus diuinis reparat  
sacramentis: quia ipse est  
remissio omnium pecca-  
torum. *P. eiusdem. feria*

**D**eus .iiii. officium.  
dum egrediens coram

populo tuo alleluia iter facies  
eis alla. habitans in illis alla  
alla. *V. Exurgat deus et dissi-*  
*pentur inimici eius et fugiant*  
*qui oderunt eum a facie eius.*

*Gloria patri. Gloria in excelsis.*  
*non dicatur Dominus uobis.*  
*sed Oremus. Oratio.*

**D**entes nostras que  
sumus domine pa-  
trachytus qui ante proce-  
dit illuminet et inducat  
in omnem sicut tuus pro-  
misit filius ueritatem. *Or-*  
*tecum. eiusdem. Leo libri*

**D**iligite iusticiam. *sapie-*  
*am. qui iudicatis*  
terram. Sentite de domi-  
no in tonitruo. et in sim-  
plicitate cordis querite

illum. Quoniam inue-  
niuntur ab his qui non  
temptant illum: appa-  
ret autem eis qui fidem  
habent in illum. *P. Use e-*  
*nim cogitationes separant*  
*a deo: probata autem uir-*  
*tus corripit insipientes.*  
Quoniam in maliuola  
animam non introibit  
sapientia: nec habitabit  
in corpore subdito pecca-  
tis. Spiritus enim sanctus  
discipline effugiet fictum.  
et auferet se a cogitatio-  
nibus que sunt sine in-  
tellectu: et corripietur a  
supueniente iniquitate.  
Benignus est enim spiritus  
sapientie: et non libera-  
bit maledictum a labiis  
suis. Quoniam renium  
illius testis est deus. et  
cordis eius scrutator est  
uerus: et lingue illius  
auditor. Quoniam spiritus  
domini repleuit orbem



terrarum. et hoc quod  
continet omnia scientia  
habet uocis. **A**lleluia.

**V** Spiritus domini repleuit  
orbem terrarum et hoc quod  
continet omnia scientiam ha  
bet uocis. **D**ns uobis.

**P**resta quesu **Oro.**  
mus omnipotens  
et misericors deus. ut  
spiritus sanctus adue  
niens templum uos glie  
sue dignanter inhabi  
tando pficiat. **P**eiusde

**N** diebus **Leo Actum aplo**  
illis. **S** tans petrus **ru.**  
cum undecim. eleuauit  
uocem suam et locutus  
est eis. **H**ui uideri et qui  
habitationis ierusalem uni  
uersi hoc uobis notum  
sit. et auribus percipite u  
ba mea. **N**on enim sicut  
uos estimatis hy eby  
sunt. cum sit hora diei  
tertia. sed hoc est quod  
dictum est per pphetam

iohel. **E**t erit in nouissi  
mus diebus dicit dñs.  
effundam de spiritu meo  
sup omnem carnem. et  
prophetabunt filij uiri  
et filie uestre. **E**t iuuenes  
uiri uisiones uidebunt. et  
seniores uestri sompnia  
sompniabunt. **E**t quide  
sup seruos meos. et super  
ancillas meas. in diebus  
illis effundam de spiritu  
meo. et pphetabunt. **E**t  
dabo prodigia in celo sur  
sum. et signa in terra de  
orsum. sanguinem et ig  
nem. et uaporem fumi.  
**S**ol conuertetur in tene  
bras. et luna in sanguine  
antequam ueniat dies  
domini magnus. et mani  
festus. **E**t erit omnis qui  
cumq; inuocauerit nome  
domini. saluus erit.

**A**lleluia. **V** Factus est repē  
te de celo sonus aduentis  
spiritus uehementis.



**N**ullo tem. **Sm. Johanne.**

**D**ixit ihc turbis iudeo-  
rum. **N**emo potest ue-  
nire ad me nisi pater qui  
misit me traxerit eum.  
Et ego resuscitabo eum.  
in nouissimo die. Est scip-  
tum in prophetis. Erunt  
omnes docibiles dei. Om-  
nis qui audiuit a patre  
et didicit. uenit ad me.  
Non quia patrem uidit  
quisquam nisi is qui e-  
st a deo. hic uidit patrem.  
**A**men amen dico uobis.  
qui credit in me habet ui-  
tam eternam. Ego sum  
panis uite. Patres uiri  
manducauerunt manna  
in deserto. et mortui sunt.  
Hic est panis de celo des-  
cendens. ut si quis ex ipso  
manducauerit. non mo-  
riatur. Ego sum panis  
uiuis. qui de celo descen-  
di. **S**i quis manducaue-  
rit ex hoc pane. uiuet in

eternum. Et panis que  
ego dabo caro mea est. p-  
mundi uita. Credo in u-  
num d. **offerit.** **A**editabor  
in mandatis tuis que dilexi  
ualde et leuabo manus meas  
ad mandata tua que dilexi et

**A**ccipe **Secr.** Ieluna.  
quesumus domine mi-  
nus oblatum et digna-  
ter operare ut quod mys-  
teris agimus pijs af-  
fectibus celebremus. **P.**

**Co.** Pacem meam do uobis al-  
leluia pacem relinquo uobis alle-  
**S**umentes **pt Con.** alle-  
domine celestia sacramen-  
ta quesumus clementia  
tuam. ut quod temporalit-  
gerimus. eternis gaudi-  
is consequamur. **P do.**

**S**eria. **v. officium**  
**S**piritus domini reple-  
uit orbem terrarum alle-  
quod continet omnia sciam ha-  
bet uocis alle-  
alle. **v** Confir-  
ma hoc ds quod operatus es in



nobis a templo sancto tuo qd  
est in ierusalem. **Gla. Gla. ier.**

**D**s q hodie die **oro.**

corda fidelium sci sps  
illustratione docuisti. da  
nobis in eodem spiritu  
recta sapere et de eius sep  
consolatione gaudere. **P.**  
eiusdem. **Leo Actuum aploz**

**A** diebus illis. **P**hilipp  
descendens in ciuitatem sa  
marie. predicabat illis  
xpm. Intendebant aute  
turbe his. que a philippo  
dicebantur. unanimu  
ter audientes. et uidentes  
signa que faciebat. **M**ul  
ti enim eorum qui habe  
bant spiritus immundos.  
clamantes uoce magna  
exibant. **M**ulti aute pa  
ralitici et claudi. curati  
sunt. **F**actum est ergo gau  
dium magnum. in illa ci  
uitate.

**A**lla. **v** Paraclit  
spiritus scs quem mittet pat  
in nomine meo ille uos docebit

omnem ueritatem. **A**lla.

**v** Emitte spiritum tuum et  
creabuntur et renouabis faci  
em terre. **Secdm Lucam.**

**N**illo tempore. **Q**onuo

catis ihs duodecim aplis.  
dedit illis uirtutem et  
potestatem sup omnia  
demonia. et ut languores  
curarent. **E**t misit illos

predicare regnum dei. et  
sanare infirmos. **E**t ait  
ad illos. **N**ichil tuleritis

in uia. neqz uitgam neqz  
neqz panem. neqz peram.  
neqz pecuniam. neqz duas

tunicas habeatis. **E**t in  
quacumqz domum in  
trauitis. ibi manete et

inde ne exeat. **E**t quicu  
qz non receperit uos. exe  
untes de ciuitate illa. eci  
am puluerem pedum uroz

excutate. in testimonium  
sup illos. **E**gressi autem

circuibant p castella. ewa  
glizantes. et curates ubiqz.



Credo in unum. **Off.** Confir-  
ma hoc deus quod operatus es  
in nobis a templo tuo quod est in  
iherusalem tibi offerent reges  
munera. alleluia. **Secr.**

**M**unera quesumus do-  
mine oblata sanctifica  
et corda nostra sancti  
spiritus illustratione e-  
munda. **P.** eiusdem. **Cō-**  
**F**actus est repente de celo son-  
aduentis spiritus uehemen-  
tis ubi erant sedentes alleluia  
et repleti sunt omnes spiritu  
scō loquentes magnalia dei alla

**S**ancti sp̄s **P.** **Con.** alla.  
domine corda nostra mū-  
det infusio: et sui rois i-  
tima aspersione fecun-  
det. **P.** eiusde. **Feria. vi.**

**R**epleatur os **Officiū.**  
meum laude tua alla ut  
possim cantare alla gaudebunt  
labia mea dum cantauero tibi  
alla alla. **V.** Ante domine spera-  
ui non confundar in eternum i-  
usticia tua liba me reripe me. **Gla**

pa. **G**la in excelsis. **Oratio.**

**D**a quesumus eccle-  
siae tue misericors d̄s:  
ut spiritu sancto congre-  
gata: hostili nullatenus  
incurusione turletur. **P.** d.  
Achabus illis. **Le. actūū**  
**A**periens petrus **ap̄loz.**  
os suum dixit. Viri israh-  
te: audite uerba hec. Je-  
sum nazarenum uirum  
approbatum a deo in uob-  
uirtu: tibi: et prodigijs  
et signis. que fecit per il-  
lum d̄s. in medio ur̄i si-  
cut uos scitis: hunc de-  
finito consilio et presciē-  
tia dei. traditum p̄ man-  
u iniquorum. affligentes  
interemistis. Quem d̄s  
suscitauit solutis dolori-  
bus inferni. iuxta quod  
impossibile erat teneri il-  
lum ab eo. Dauid enī  
dicit in eum. **P.** uidebā  
dominium coram me sep̄:  
quoniam a dextris est



michi ne commouear.  
 Propter hoc letatum est  
 cor meum. et exultauit li-  
 gua mea. in super ⁊ caro  
 mea requiescet in spe. quo-  
 niam non derelinques a-  
 nimam meam in inferno.  
 nec dabis sanctum tuum  
 uidere corruptionem. No-  
 tas michi fecisti uias ui-  
 te. replebis me iocundita-  
 te cum facie tua. **Alla**

**V** Dum compleverunt dies  
 pentecostes erant omnes parit.

**Alla.** **V** Veni scē spiritus  
 reple tuorum corda fidelium et tu-  
 i amoris in eis ignem accende.

**In illo tem. Sin Lucam.**

**F**actum est in una die  
 tum. et iesus sedebat do-  
 cens. Et erant pharisei  
 sedentes et legis doctores.  
 qui uenerant ex omni  
 castello galilee. et iudee  
 et ierusalem. et uirtus  
 erat domini ad sanandum  
 eos. Et ecce uiri portan-

tes hominem qui erat  
 paralyticus. et querebant  
 eum inferre. et ponere an-  
 te eum. Et non inueniē-  
 tes. qua parte illum in-  
 ferrent per turba. ascen-  
 derunt supra tectum. et  
 per tegulas summisserunt  
 illum cum lecto. in mediū  
 ante ihesum. Quorum  
 fidem ut uidit dixit. **Ho**  
 remittuntur tibi peccata  
 tua. Et cepunt cogitare  
 scribe et pharisei. dicen-  
 tes. Quis est hic qui lo-  
 quitur blasphemias. **Qs**  
 potest dimittere peccata.  
 nisi solus d's. **Ut** cogno-  
 uit autem ihs cogitatio-  
 nes eorum. respondens  
 dixit ad illos. Quid cogi-  
 tatis mala. in cordibus  
 uestris. **Quid** est facili  
 dicere. dimittuntur pecca-  
 ta. an dicere surge et am-  
 bula. **Ut** autem sciatis.  
 quia filius hominis hēt



potestatem interra dimit  
tendi peccata. ait parali  
tico. Tibi dico surge. Tol  
le lectum tuum et uade  
in domum tuam. Et co  
festim surgens coram eis.  
tulit lectum in quo iace  
bat. et abiit in domum sua  
magnificans deum. et  
stupor apprehendit omnes.  
et magnificabant deum.  
Et repleti sunt timore  
dicentes. quia uidimus  
mirabilia hodie. Credo  
munu d. **Off.** Lauda a  
nima mea dominum lauda  
bo dominum in uita mea psal  
lam deo meo quam diu ero al  
**S**acrificia **Sec.** leluia.  
domine tuis oblata con  
spectibus ignis ille diui  
nus assumat qui discipu  
lorum xpi tui p spiritum  
sanctum corda succendit  
**P.** eiusde. **Con** Spiritus  
ubi uult spirat et uocem eius  
audis alla et nescis unde ue

mat aut quo uadat alleluia  
alleluya alla. **Post conu.**

**S**umpsimus domine  
sacri dona misterij hu  
militer deprecantes. ut  
que intui commemorati  
one nos facere precepisti  
in nostre proficiant infir  
mitatis auxilium. Qui  
uiuus et regnas. **In Sab**

**K**aritas **bato officiu.**

dei diffusa est in cordi  
bus uris alla per inhabitan  
tem spiritum eius in uobis  
alla alla. **V** Domine deus  
salutis mee in die clamaui et  
nocte coram te. **Gloria p.** Gla  
riam tuam deo. **Quinqz oro**

**nes sequentes sine Dns**  
uobiscum. **sed dicatur.**

**O**remus **Oratio.**  
Precibus nostris  
quesumus domine spiri  
tum sanctum benignus  
infunde. cuius et sapia  
conditi sumus. et prouide  
tia gubernamur. **P.** eiusde.



**H**ec dicit dō Leo lohē  
minus dō. pphete.

Effundam de spiritu meo  
sup omnem carnem. et  
prophetabunt filii uestri  
et filie ur̄e. Senes uestri  
sompnia sompnabunt.  
et iuvenes uestri uisio  
nes uidebunt. Sed et sup  
seruos meos et sup ancil  
las meas in diebus illis  
effundam de spiritu meo  
et dabo prodigia in celo  
sursum et signa infra  
deorsum. sanguinem et  
ignem et uaporem fumi.  
Sol conuertetur in tene  
bras et luna in sangui  
nem. antequam ueniat  
dies domini magnus et  
horribilis. Et omnis  
quicumq; inuocauerit  
nomen domini. saluus e  
rit. **Alla. V.** Emitte spm̄  
tum et creabuntur et reno  
uabis faciem terre. **non re  
petatur Alla post uersū**

usq; ad duo ultima que  
solum post uersum repeta  
tur. Sequitur. Oratio.

**I**llo nos igne quesum  
domine spiritus sanctus  
inflammet. quem domini  
noster ihc xpc misit in ter  
ram. et uoluit uehemen  
ter accendi. Qui tecū. eide.  
**In dieb; Leo libri Deuto**  
illis. Dixit moyses **nomij.**  
filius isrl. Septem ebdo  
madas numerabis tibi.  
ad die qua falcem in segete  
miseris. et celebrabis die  
festum ebdomadarum do  
mino deo tuo. oblatio  
nem spontaneam man  
tue quam offeres iuxta  
benedictionem domini  
dei tui. Et epulaberis corā  
dn̄o dō tuo tu et fili' tu'. et  
filia tua et siuis tu' et an  
cilla tua. et leuites q̄ e iux  
ta portas tuas. et aduena ac  
pupill'. et uidua q̄ morant'  
ubiū i loco que elegerit



dominus deus tuus: ut  
habitet nomen eius ibi.  
Et recordaberis quoniam  
seruus fueris in egipto. cui  
todiesq; ac facies que pre  
cepta sunt. Sollemnitatem  
quoq; tabernaculoru  
celebrabis p septem dies.  
quando collegeris de area  
et de torculari fruges tuas  
Et epulaberis in festiuitate  
tua. tu et filius tuus et fi  
lia tua et seruus tuus et  
ancilla. leuites quoq; et  
aduena et pupillus ac  
uidua qui intra portas  
tuas sunt. Septem dieb;  
domino deo festa celebra  
bis: in loco quem elegerit  
dominus. Benedicetq; ti  
bi dominus deus tuus i  
cunctis fructibus tuis et  
in omni opere manuum  
tuarum. erisq; in leticia.  
Dicit dominus omnipo  
tens. **Alla.** ¶ **L**aqueban  
tur uariis linguis apli mag

nalia dei. **Sequit oratio.**

**D**eus qui ad ani  
marum in edelam  
ieuitu deuotione casti  
gari corpora precepisti.  
concede nobis propitius.  
et mente et corpore tibi  
semp ee deuotos. **Leo libi**  
**Adiebus Deutronomii.**  
illis. Dixit moyses. Au  
di israhel que ego preci  
pio tibi hodie. Cum in  
traueris terram quam  
dominus deus tuus da  
turus est tibi. possidenda  
et optinueris eam. atq;  
habitaueris in illa. tolles  
de cunctis frugib; tuis  
primicias et pones in car  
tallo: pergesq; ad locum  
quem dominus deus tuus  
elegerit. ut ibi inuocetur  
nomen ei. Accedesq; ad sa  
cerdotem qui fuerit iudic  
bus illis: et dices ad eu.  
Confiteor hodie coram dno  
deo tuo qui exaucliuu nos.



et respexit humilitatem  
 nrām et laborem atq; an-  
 gustias: et eduxit nos de  
 egypto in manu forti et  
 brachio extento. in ingē-  
 ti pauore insignis atq;  
 portentis. et introduxit  
 nos ad locum istum: et  
 tradidit nobis terram  
 lacte et melle manentē.  
 Et idcirco nunc offero p̄  
 mitias frugum terre. q̄s  
 dominus deus tuus dedit  
 michi. Et dimittes eas ī  
 conspectu domini di tui:  
 et adorato domino deo tuo.  
 epulaberis in omnibus  
 bonis. que dominus deus  
 tuus dederit tibi. **A**lla.

**F**actus est repente de celo so-  
 nus aduenientis spiritus ue-  
 hementis. **Sequitur. orō.**

**P**resta quesumus  
 omnipotens deus:  
 ut salutaribus ieiunijs  
 eruditi. ab omnib; etiam  
 uitijs abstinentes. p̄picia

tionem tuam facilius ī-  
 petremus. **P. Leo libri**  
**Adiebus illis Leuitica.**  
**D**ixit dominus ad moy-  
 sen. **S**i impreceptis meis  
 ambulaueritis. et manda-  
 ta mea custodieritis. et fe-  
 ceritis ea. dabo uobis plu-  
 uias temporibus suis. et  
 terra gignet germen suū.  
 et pomis arbores replebū-  
 tur. Apprehendet messium  
 tritura uindemiam. et ui-  
 demia occupabit semen  
 tem. Et comedetis panem  
 uestrum in saturitate. et  
 absq; pauore habitabitis  
 in terra uestra. Dabo pacē  
 in sinibus uestris. Dormi-  
 etis. et non erit qui exte-  
 reat. Auferam malas les-  
 tias. et gladius non tran-  
 sibat terminos uestros.  
**P**sequemini inimicos uest-  
 ros. et corruent corā uo-  
 bis. **P**sequentur quinq;  
 de uestris centum alienos:



et centum ex uobis decē mi-  
lia. Cadent inimici uestri  
in conspectu uestro gladio  
**R**espiciam uos: et cresce-  
re faciam. Multiplicabi-  
mini. et firmabo pactum  
meum uobiscum. Et co-  
medetis uetustissima ue-  
terum: et uetera nouis  
supuenientibus picietis.  
**P**onam tabernaculū me-  
um in medio uestri: et nō  
abiciet uos anima mea.  
**A**mbulabo inter uos. et e-  
ro uester deus: uosq; cri-  
tis populus meus. **D**icit  
dominus omnipotens.

**A**lla. **V**eni sancte spiri-  
tus reple tuorum corda fidei-  
um et tui amoris meis igne  
accende. **Sequitur Oratio.**

**P**resta quesumus  
omnipotens deus:  
sic nos ab epulis carna-  
libus abstinere: ut auicij  
ingruentibus pariter ie-  
iunemus. **P. Leo Daniel**

**A** diebus illis. **phete.**

**A**ngelus domini descen-  
di cum azaria et socijs ei  
in fornacem: et excussit  
flammam ignis de forna-  
ce. et fecit medium forna-  
cis quasi uentum toris  
flantem. Flamma autē  
diffusa est sup fornacem  
cubitis quadraginta no-  
uem. et incendit quos re-  
perit iuxta fornacem de  
chaldeis ministros regis.  
qui eam incendebant.

**I**llos autem omnino nō  
tetigit ignis neq; contri-  
tauit. nec quitquam mo-  
lestie intulit. **T**ē hy tres  
q̄si ex uno ore laudabāt et  
glificabāt: et bñdicebāt dñm  
in fornace dicentes. **A**lla

**V** Benedictus es domine d̄s  
patrum nostrum et laudabilis  
in secula. **D**ñs uobiscum.

**D**eus qui tri **Oro.**  
bus pueris miti-  
gasti flammam ignium:



concedere p[ro]pitius: ut nos  
 famulos tuos non exurat  
 flamma uiciorum. **P. Vco**  
**N** diebus **actiui aploru.**  
 illis. **C**onuenit uniuersa  
 ciuitas audire uerbum  
 domini. **V**identes autem  
 turbas iudei. repleti sunt  
 zelo: et contradicebant  
 hys. que apaulo diceban  
 tur. blasphemantes. **T**uc  
 constanter paulus et bar  
 nabas dixerunt. **V**obis  
 oportebat primum loqui  
 uerbum dei: sed quonia  
 repellitis illud. et indignos  
 uos iudicatis uite eterne.  
 ecce conuertimur ad gentes.  
**S**ic enim precepit nobis  
 dominus. **P**osui te in li  
 cem gentibus: ut sis in sa  
 lutem usq[ue] ad extremum  
 terre. **A**udientes autem  
 gentes gauise sunt: et gli  
 ficabant uerbum domini.  
 et crederunt quodq[ue] e  
 rant preordinati ad uitam

eternam. **D**isseminabat  
 autem uerbum domini:  
 p[er] uniuersam regionem. **J**u  
 dei autem concitauerunt  
 religiosas mulieres et ho  
 nestas. et primos ciuitatis:  
 et excitauerunt p[er]secutio  
 nem in paulum et barna  
 bam. et eiecerunt eos desi  
 nibus suis. **A**t illi excusso  
 puluere pedum meos: ue  
 nerunt yconium. **D**isci  
 puli quoq[ue] replebantur  
 gaudio. et spiritu sancto.

**A**lla. **V** Laudate dominu  
 omnes gentes et collaudate  
 eum omnes populi. **S**ecun  
 d[um] illo tempore. **du Lucam.**  
**S**urgens ihesus desynago  
 ga. inuouit in domum  
 symonis. **S**ocrus autem  
 symonis. tenebatur mag  
 nis febribus. **E**t rogauerit  
 illum pro ea. **E**t stans su  
 pillam imperauit febr.  
 et dimisit illam. **E**t con  
 tinuo surgens. ministra



bat illis. Cum sol autem  
occidisset: omnes qui ha-  
bebant infirmos uariis  
languoribus ducebant  
illos ad eum. At ille sin-  
gulis manus imponens:  
curabat eos. Creiebant au-  
tem demonia a multis  
clamantia et dicentia: qu-  
tu es filius dei. Et incre-  
pans non sinebat ea loq-  
quia sciebant ipsum esse  
christum. Facta autem die e-  
gressus ibat in desertum  
locum: et turbe require-  
bant eum. Et uenerunt  
usque ad ipsum: et detinebant  
illum ne discederet ab eis.  
Quibus ille ait. Quia et  
aliis ciuitatibus oportet  
me euangelizare regnum  
dei: quia ideo missus sum.  
Et erat predicans in syna-  
gogis galilee. Credo in  
unum d. **Off.** Domine deus  
salutis mee in die clamaui et  
nocte coram te intret oratio

mea in conspectu tuo domine allia.

**V**t accepta **Secretum.**

tibi sint domine nostra  
ieiunia pro nobis quesu-  
mus huius munere sac-  
menti purificatum tibi  
pectus offerre. **Pr.** Non  
uos relinquam orphanos ue-  
niam ad uos iterum allia et  
gaudebit cor uestrum allia allia.

**P**retrane nobis **Pr.**

domine diuinum tua scia  
feruorem: quo eorum pa-  
riter et actu delectemur  
et fructu. **P.** **De sancta tri-**

**B**ene **uitate.**  
dicha sit sancta  
trinitas atque in-  
diuisa unitas  
confitebimur ei

quia fecit nobiscum misericordiam  
suam. **v.** Benedicamus pa-  
trem et filium cum sancto spiritu  
laudemus et superexaltemus  
eum in secula. **Gla p.** **Gla ier**

**O**mnium **Oratio** celsis de-  
potens sempiternae



deus qui dedisti famulis  
tuis in confessione uere  
fidei eterne trinitatis  
gloriam agnoscere et in  
potencia maiestatis ado  
rare unitatem. quesum  
ut eiusdem fidei firmita  
te ab omnibus semper  
mumamur aduersis. **P**

**R's: Ad corinthios.**

**G**audete pfecti et  
cote exhortamini. idem  
sapite. Pacem habete et  
deus pacis et dilectionis  
erit uobiscum. Gratia  
domini nostri ihu xpi  
et caritas dei et commu  
nicatio sancti spiritus  
sit cum omnibus uob.

**B**enedictus es domine  
qui intueris abissos et sedes  
sup cherubyn. **V** Benedicite  
deum celi quia fecit nobiscum  
misericordiam suam. **A**lla.

**V** Benedictus es domine  
deus patrum nrorum laudabilis et  
eterna.

**Sequentia. P**fitentes. **S**cdm

**Nullus est. Johannez.**

**E**rat homo ex pharise  
is nychodemus nomine  
princeps iudeorum. Hic  
uenit ad ihum nocte. et  
dixit ei. Rabbi scimus  
quia a deo uenisti magis  
ter. Nemo enim potest  
hec signa facere que tu

facis. nisi fuerit deus  
cum eo. Respondit ihc  
et dixit ei. Amen amen  
dico tibi. nisi quis natus  
fuerit de uero non potest  
uidere regnum dei. Dicit  
ad eum nychodemus. Quo  
modo potest homo nasci  
cum sit senex. Numquid  
potest in uentrem matris  
sue iterato introire et re  
nasci. Respondit ihesus.  
Amen amen dico tibi. nisi  
quis renatus fuerit ex aqua  
et spiritu. non potest intro  
ire in regnum dei. Quod  
natum est ex carne caro est.  
et quod natum est ex spu



spiritus est. Non mireris  
quia dixi tibi. oportet uos  
nasci denuo. Spiritus ubi  
uult spirat. et uocem eius  
audis. sed non scis unde ue  
niat aut quo uadat. Sic  
est omnis qui natus est  
ex spiritu. Respondit ny  
chodemus. et dixit ei. Quo  
modo possunt hec fieri.  
Respondit ihc. et dixit ei.  
Tu es magister in israhel  
et hec ignoras. Amen a  
men dico tibi. quia quod  
scimus loquimur. et quod  
uidimus testamur. et tes  
timonium nostrum non acci  
pitis. Si terrena dixi uo  
bis et non creditis. quomodo  
si dixeris uobis celestia cre  
deris. Et nemo ascendit  
in celum nisi qui descendit  
de celo. filius hominis qui  
est in celo. Et sicut moy  
ses exaltauit serpentem  
in deserto. ita exaltari oportet  
filium hominis. ut

omnis qui credit in ipsum  
non pereat. sed habeat ui  
tam eternam. **Off.** Bene  
dictus sis deus pater unige  
tusque dei filius sanctus quoque  
spiritus quia fecit nobiscum  
misericordiam suam. **Secretum.**

**S**anctifica quesumus  
domine deus patris sancti no  
minis inuocationem huius  
oblationis hostiam. et pro  
eam nosmetipsos tibi per  
fice munus eternum. **P.**

**Prefatio** Qui cum unige  
nito. **Com.** Benedicimus  
deum celi et coram omnibus  
uiuentibus confitebimur ei  
quia fecit nobiscum misericor  
diam suam. **Post commun.**

**P**roficiat nobis ad sa  
lutem corporis et anime  
domine deus huius sacra  
menti susceptio. et sempi  
terne sancte trinitatis  
eiusdemque indiuidue u  
nitatis confessio. **P. Per  
octauas in missa de octaua.**



Gloria in excelsis. Et prefatio  
 propria de trinitate dicantur.  
 Dominica prima post  
 festum scē trinitatis offi

**D**omine in tuū.  
 tua misericordia spe  
 ram exultavit cor  
 meum in salutarī tuo cantabo  
 domino qui bona tribuit michi.

**V**sq̄uequ' domine obliuis  
 teris me in finem usq̄quo auis  
 faciem tuam ame. Glā p. **oro.**

**D**eus in te sperantiū  
 fortitudo adesto p  
 pitius in uocationibus  
 nostris. et quia sine te ni  
 hil potest mortalis infir  
 mitas presta auxilium  
 gratie tue ut in exequen  
 dis mandatis tuis et uo  
 luntate tibi et actione  
 placeamus. **P. Leo eplē**

**R**mi: **beati Ioh̄is apli.**  
**D**eus karitas est  
 In hoc apparuit caritas  
 dei in nobis quoniam filiū  
 suum unigenitum misit

deus in mundum: ut ui  
 uamus per eum. In hoc est  
 caritas. non quasi nos  
 dilexerimus deum: sed  
 quō ip̄e prior dilexit nos.  
 et misit filium suum p  
 piciationem pro peccatis  
 nostris. Karissimū. si de  
 us dilexit nos. et nos de  
 lemus inuicem diligere  
 Deum nemo uidit um  
 quam. Si diligamus in  
 uicem. deus in nobis ma  
 net. et caritas eius in no  
 bis p̄fecta est. In hoc intel  
 ligimus quoniam in eo  
 manemus et ipse in nob  
 quoniam de spiritu suo de  
 dit nobis. Et nos uicim' &  
 testificamur: quoniam  
 pater misit filium suum  
 saluatorem mundi. Quis  
 quis confessus fuerit quo  
 nam ih̄c est filius dei: d̄s  
 in eo manet et ipse ī deo.  
 Et nos cognouimus et cre  
 didimus caritati: quam



habet deus in nobis. Deus  
caritas est. Et qui manet  
in caritate in deo manet et  
deus in eo. In hoc perfecta est  
caritas nobiscum: ut fidu-  
ciam habeamus in die iu-  
dicii: quia sicut ille est et  
nos sumus in hoc mundo.  
Timor non est in caritate:  
sed perfecta caritas foras mit-  
tit timorem: quoniam ti-  
mor penam habet. Qui  
autem timet non est per-  
fectus in caritate. Nos er-  
go diligamus deum: quo-  
niam ipse prior dilexit  
nos. Siquis dixerit quo-  
niam diligo deum et  
fratrem suum occiderit: men-  
dax est. Qui enim non di-  
ligit fratrem suum quem ui-  
det: deum quem non ui-  
det: quomodo potest dilige-  
re. Et hoc mandatum habet  
mus a deo: ut qui diligit  
deum diligat et fratrem  
suum. **R.** Ego dixi domine

miserere mei sana animam  
meam quia peccavi tibi. **V.**

**B**eatus qui intelligit super ege-  
num et pauperem iudicium mala  
liberavit eum dominus. **Alla.**

**V.** Verba mea auribus percipe  
domine intellige clamorem meum.

**N**ullo t. **Secundum lucam.**

**D**ixit ihesus turbis iudeorum  
et phariseorum. Homo  
quidam erat dives et in-  
duebatur purpura et bis-  
so: et epulabatur cotidie  
splendide. Et erat quidam  
mendiculus nomine lazarus  
qui iacebat ad ianuam  
eius: ulceribus plenus:  
cupiens saturari de micis  
que cadebant de mensa di-  
uitis: et nemo illi dabat.  
Sed et canes veniebant:  
et lungebant ulcera eius.  
Factum est autem ut  
moreretur mendiculus: et  
portaretur ab angelis in  
sinum abrahe. **M**ortuus  
est autem et dives: et se



pultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum eēt in tormentis: uidit abraham a longe. et lazarium in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: et mitte lazarium ut intinguat extremum digiti sui in aqua. ut refrigeret linguam meam. quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham. Fili recordare quia recepisti bonam inuita tua. et lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur. tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos et uos **cccc** **cccc** chaos magnum firmatum est: ut hi qui uolunt huc transire ad uos non ualeant. neque inde huc transire. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. habeo enim quinque

fratres. ut testetur illis. ne et ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraham. Habent moysen et prophetas. audiunt illos. At ille dixit. Non pater abraham. sed si quis ex mortuis uerit ad eos penitentiam agent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. **off.**

**I**ntende uocem orationis mee rex meus et deus meus quoniam iam ad te orabo domine. **Sec.**

**H**ostias nostras tibi domine dicatas placat assume et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. **P. Con.** Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo in te et psallam nomini tuo altissime.

**S**antis domine **pc co.** repleti muneribus. pra quaesumus ut et saluta



ria dona capiamus et atque  
a nunquam laude cessent.

**P. do. Dominica. ij. officij.**

**A**ctus est dominus pro  
tector meus et eduxit me  
in latitudinem saluum me fecit  
quoniam uoluit me. **V.** Diligā  
te domine uirtus mea dominus  
firmamentum meum et refugi  
um meum et liberator meus.

**S**ancti **Oratio** Glā pā  
nominis tui domi  
ne timorem pariter et amo  
rem fac nos habere perpetu  
um: quia nunquam tua  
gubernatione destituis: q̄s  
insoliditate tue dilectio  
nis instituis. **P. Leo. eplē**

**R**ū bā **Johānis apli.**  
Nolite mirari si odit  
uos mundus. Nos scimus  
quoniam translati sumus  
de morte ad uitam: quoni  
am diligimus fr̄es. Qui n̄  
diligit: manet in morte.  
Omnis qui odit fr̄em su  
um: homicida est. Et scitis

quoniam omnis homicida  
non habet in se uitā et̄nā  
manētē. In hoc cognouim  
cāritatem dī: quoniam  
ille pro nobis animam  
suam posuit: et nos te  
mus pro fratribus ani  
mas ponere. Qui habuit  
substantiam mundi: et  
uiderit fr̄em suū necessi  
tatem patientem: et clau  
serit uiscera sua alio: quo  
modo caritas dī manet in  
eo. **Filioli mei:** non dili  
gamus uerbo: neq̄ lingua:  
sed opere et ueritate. **R.**

**A**d dominum dum tribularer  
clamauit et exaudiuit me. **V.**

Domine libera animam meā  
alabus iniquis et a lingua dolo  
sa. **Allā. V.** Deus iudex ius  
tus fortis et p̄ciens numquid  
irascetur p̄ singulos dies. **Allā.**

**N**ullo tempe. **Secundum**  
**D**ixit illic discipul' **Lucā.**  
suis similitudinem hāc.  
**H**omo quidam fecit ce



nam magnam. et uoca-  
 uit multos. Et misit ser-  
 uum suum hora cene di-  
 cere inuitatis ut ueniret.  
 quia iam parata sunt om-  
 nia. Et cepunt simul om-  
 nes excusare. Primus dix-  
 it illi. Villam enim. et ne-  
 cesse habeo exire et uidere  
 illam. Rogo te. habe me  
 excusatum. Et alter dixit.  
 Iuga bouum enim quinque.  
 et eo probare illa. Rogo te:  
 habe me excusatum. Et  
 alius dixit. Vxo-rem duxi.  
 et ideo non possum uenire  
 Et reuersus seruus. nun-  
 ciavit hec domino suo. Te-  
 uatus paterfamilias. dixit  
 seruo suo. Exi cito implere  
 as et uicos ciuitatis. et pau-  
 peres ac debiles cecos et clau-  
 dos introduce huc. Et ait  
 seruus. Domine factum  
 est ut imperasti. et adhuc  
 locus est. Et ait dominus  
 seruo. Exi inuias et sepes.

et compelle intrare. ut im-  
 pleatur domus mea. Dico  
 autem uobis. quod nemo  
 uiuorum illorum qui uoca-  
 ti sunt. gustabunt cenam  
 meam. **Off.** Domine conu-  
 tere et eripe animam meam

saluum me fac propt miser-  
**O**blatio **Sec.** cordia tua.  
 nos domine tuo nomini  
 dicanda purificet. Et de  
 die iudicem ad celestis ui-  
 te transferat actionem. **P.**

**Con.** Cantabo domino qui bo-  
 na tribuit michi et psallam  
 nomini domini altissimi. **Ps. co.**

**S**umptis numeribus  
 domine quesumus. ut cu  
 frequentatione misterij.  
 crescat nostre salutis effec-  
 tus. **P. Dñica. iij. officiu.**

**R**espice in me et misere-  
 re mei domine quonia  
 unicus et paup sum ego uide  
 humilitatem meam et labore  
 meum et dimitte omnia pecca-  
 ta mea deus meus. **V. Ad te do**



mine leuauit animam meam deus  
meus in te confido non erubescam.

Gloria patri et fi. **Oratio.**

**D**eprecationem nostram  
quesumus domine  
benignus exaudi. et qui  
bus supplicandi prestas af-

fectum. tribue defensionis  
auxilium. **P. Lco eplē vi**

**R. Mi. Humi Pet. a.**

**R.** uamini subpotenti  
manu dei. ut uos exaltet  
in tempore uisitationis.

Omniem sollicitudinem  
uestram precientes meum.  
quoniam ipsi cura est de

uobis. Sobrii estote et ui-  
gilate. quia aduersarius  
uester dyabolus. tamquam  
leo rapiens circuit queres  
quem deuoret. Cui resistite

fortes in fide. scientes ean-  
dem passionem et que in  
mundo est. uere fraternita-  
ti fieri. Deus autem omnis  
gracie qui uocauit nos  
in eternam suam glam.

in xpo ihu modicum pas-  
cos. ipse perficiet confirma-  
bit solidabitque. Ipsi gloria  
et imperium in secula secu-  
lorum. Amen. **R. Facta co-**

gitatum tuum in domino et ipse  
te enutriet. **V. Dum clama-**

rem ad dominum exaudiuit  
in templo uocem meam ab his qui  
appropinquant michi. **A. Ha.**

**V. Diligam te domine uirtus  
mea deus firmamentum meum et refugium  
meum et liberator meus. **Scdm****

**Matth. 23. Erant Lucam.**

appropinquantes ad ihm  
publicani et peccatores. ut  
audirent illum. Et mur-  
murabant scribe et pha-  
risei dicentes. quia hic  
peccatores recipit et mandu-  
cat cum illis. Et ait ad il-  
los parabolam istam dicens.

Quis ex uobis homo qui  
habet centum oues et si  
perdidit unam ex illis non  
ne dimittit nonaginta  
nouem in deserto et uadit



ad illam que perierat donec inueniat illam. Et cum inuenierit eam: imponit in humeros suos gaudens. Et ueniens domum: conuocat amicos et uicinos dicens illis. Congratulamini michi quia inueni ouem meam que perierat. Dico uobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente: quam super nonaginta nouem iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem. et si perdidit dragmam unam. nonne accendit lucernam et euerit domum et querit diligenter donec inueniat. Et cum inuenierit. conuocat amicas et uicinas dicens. Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis quia gaudium erit coram

angelis dei super uno peccatore penitentiam agente.

**Off.** Sperent in te omnes qui nouerunt te nomen tuum domine quoniam non dereliquis querentes te psallite domino qui habitat in syon quoniam non est oblitus orationem pauperum. **Secretum.**

**M**unera domine oblata sanctifica. ut tui nobis unigeniti corpus et sanguis fiant. **Peunde. Co.**

Ego clamaui quoniam exaudisti me deus inclina aurem tuam et exaudi uerba mea.

**H**ec nos communi peccato. **Co.** domine purget acrimine. et celestis remedii faciat esse consortes. **P.**

**D**ominus **Unica. iiii.** **Offin.** illuminatio mea

et salus mea quem timebo dominus defensor uite mee aquo trepidabo qui tribulat me inimici mei infirmati sunt et ceciderunt. **V.** Si consistant



aduersum me castra non time  
bit cor meum. *Gla p̄a. ORO.*

**P**roceptor in te spe  
rantium deus sine  
quo nichil est ualidum  
nichil sanctum: multipli  
ca sup nos misericordiam tuam:  
ut te rectore te duce sic  
transeamus p̄ bona tem  
poralia: ut non amittam  
eterna. *P. L. e. l. e. pau. apli*

**A**ntes Christi *ad Romanos.*  
mo quod non sunt  
condigne passionis hui  
temporis ad futuram glo  
riam: que reuelabitur in  
nobis. Nam expectatio  
creature: reuelationem fi  
liorum dei expectat. Van  
tati enim creatura subiec  
ta est: non uolens: sed  
p̄pter eum qui subiecit  
eam in spe. Quia et ipsa  
creatura liberabitur a ser  
uitute corruptionis: in li  
bertatem glorie filioꝝ dei.  
Scimus enim qd̄ omnis

creatura ingemiscit: et  
parturit usq; adhuc. Nō  
solum autem illa: sed et  
nos ipsi primitias spirit  
halentes et ipi intra nos  
gemimus ad optionem  
filiorum dei expectantes  
redemptionem corporis  
nostri. In x̄po ih̄u domino  
nostro. *R. Propicius esto*  
domine peccatis nostris ne  
quando dicant gentes ubi est  
deus eorum. *V. Adiuua nos*  
deus salutaris noster ⁊ p̄pter  
honorem nominis tui dñe  
libera nos. *A. Illa. V. Dñe*  
in uirtute tua letabitur rex  
et super salutare tuū exulta  
bit uehementer. *Secundū*  
in illo tempore. *Lucam.*  
**D**ixit ihesus discipulis  
suis. Estote misericordes  
sicut et pater uester mi  
sericors est. Nolite iudi  
care: et non iudicabim  
ini. Nolite condemna  
re: ⁊ non cōdepnabimini.



Dimittite. et dimittentur  
 m. Date et dabitur uob  
**M**ensuram bonam et co  
 fertam et coagitatam et  
 superfluentem. dabunt  
 in sinum uestrum. Eade  
 quippe mensura qua men  
 si fueritis. remetietur uo  
 bis. Dicebat autem illis  
 et similitudinem. Num  
 quid potest cecus cecum  
 ducere. Nonne ambo in  
 foueam cadunt. Non e  
 discipulus super magistrum.  
**P**fectus autem omnis  
 erit si sit sicut magister  
 eius. Quid autem uidet  
 festucam in oculo fratris  
 tui. trabem autem que  
 in oculo tuo est non consi  
 deras. Aut quomodo po  
 tes dicere fratri tuo. frat  
 sine eiciam festucam de o  
 culo tuo. trabem non ui  
 dens. Vpocrita eice prius  
 trabem de oculo tuo. et tunc  
 prospicies ut educas festu

cam de oculo fratris tui.  
**Off.** Illumina oculos meos  
 nequando obdormiam in morte  
 nequando dicat inimicus me  
 us preualui aduersus eum.  
**R**espice domine **Secy.**  
 munera supplicantis eccle  
 sie et saluti credentium p  
 petua sanctificatione su  
 menda concede. **P. Con.**  
 Dominus firmamentum me  
 um et refugium meum et li  
 berator meus. deus meus adiu  
 uator meus.  
**S**ancta pater meus.  
 tua nos domine sumpta  
 uiuificent et misericordie  
 sempiternae preparent ex  
 piatos. **P. Vnica. V. off.**  
**A**audi domine uocem  
 meam qua clamaui ad  
 te adiutor meus esto ne dereli  
 quas me. neque despicias me de  
 us salutaris meus. **V. Domi**  
 nus illuminatio mea. et salus  
 mea quem timebo. **Gla pti.**  
**D**ad nobis domi **oro**  
 ne quesumus ut



et mundi cursus pacifi-  
ce nobis tuo ordine diri-  
gatur. et ecclesia tua tria-  
quilla deuotione letetur.

**P. Eco. e. vti Petri apli.**

**R**mn. Omnes una-  
nimes in oratione  
estote. compaientes fra-  
ternitatis amatores mi-  
sericordes humiles. Non  
reddentes malum pro ma-  
lo. uel maledictum pro  
maledicto. sed contrari-  
o benedicentes. Quia in  
hoc uocati estis. ut bene-  
dictionem hereditate pos-  
sideatis. Qui enim uult  
uitam diligere et uidere  
dies bonos. coherceat lin-  
guam suam a malo. et  
labia eius ne loquantur  
dolum. Declinet autem  
a malo et faciat bonum.  
inquitat pacem et sequa-  
tur eam. Quia oculi do-  
mini super iustos. et au-  
res eius ad preces eorum.

**V**ltus autem domini su-  
per facientes mala. Et quis  
est qui uobis noccat si bo-  
ni emulatores fueritis.  
Sed et si quid paciemiini  
propter iusticiam beati.  
Timorem autem eorum  
ne timueritis. ut non co-  
turbemini. Dominum  
autem xpm. sanctifica-  
te in cordibus uestris. **R.**  
Protector noster aspice deus  
et respice super seruos tuos. **V.**

**V.** Domine deus uirtutum  
exaudi preces seruoꝝ tuorum.

**A**lla. **V.** In te domine spa-  
ui non confundar in eternum  
in tua iusticia libera me. **V.**  
pe me inclina ad me aurem  
tuam accelera ut eripias me.

**N**illo tem. **Secundum lucam.**

**Q**um turbe irruerent  
in ihm ut audirent uer-  
bum dei. et ipse stabat se-  
cus stagnum genezareth.  
Et uidit duas naues sta-  
tes secus stagnum. pesca-



tores autem descenderant.  
 et lauabant retia. **A**scen-  
 dens autem in unam na-  
 uim que erat symonis:  
 rogauit eum a terra redi-  
 cere pusillum. Et sedens  
 docebat de nauicula tur-  
 bas. **V**t cessauit autem  
 loqui dixit ad symonem.  
**D**uc in altum: et laxate  
 retia uia incapturam. Et  
 respondens symon: dixit  
 illi. **P**receptor: p[er] totam  
 noctem laborantes nichil  
 cepimus: in uerbo autē  
 tuo laxabo rete. **E**t cum  
 hoc fecissent: concluderūt  
 piscium multitudinem  
 copiosam. **R**umpēbat  
 autem rete eorum. **E**t  
 annuerunt socijs qui e-  
 rant in alia nau: ut ue-  
 nirent et adiuuarent eos.  
**E**t uenerunt et impleue-  
 runt ambas nauiculas:  
 ita ut pene mergerentur.  
**Q**uod cum uideret symo

petrus: prociuit ad genua  
 ihu dicens. **E**xi ame: quia  
 homo peccator sum domine.  
**S**tupor enim circumde-  
 rat eum: et omnes qui  
 cum illo erant: incaptura  
 piscium quam ceperant.  
**S**imiliter autem iacobū  
 et iohannem: filios zebedei:  
 qui erant socij symonis.  
**E**t ait ad symonem ihes?  
**N**oli timere: ex hoc iam  
 homines eris capiens. **E**t  
 subductis ad terram na-  
 uibus: relictis omnibus:  
 secuti sunt eum. **Off.** **B**e-  
 nedicam dominum qui mi-  
 chi tribuit intellectum prou-  
 debam deum in conspectu meo  
 semp quoniam a dextris est  
 michi ne commoueat. **Secr.**  
**O** blationibus quesum?  
 domine placare susceptis  
 et ad te nostras etiam rebel-  
 les compelle: p[ro]p[ri]us uolū-  
 tates. **P. Cō.** **U**nam pecij  
 a domino hanc requiram ut



inhabitarem in domo domini om-  
nibus diebus uite mee. **Pr. co.**

**D**isterna nos domine  
sumpta purificent et suo  
munere tueantur. **P. Do.**

**D**ominus **munica. vi.**  
fortitudo plebis sue et  
protector salutarium xpi sui e  
saluum fac populum tuum do-  
mine et benedic hereditati tue  
et rege eos usq; in seculum. **v.**

**A**d te domine clamato deus  
meus ne sileas amie nequando  
taceas amie et assimulabor descen-  
dentibus in lacum. **Gla. p. o.**

**D**eus qui diligentib;  
te bona inuisibilia  
iparasti in funde cordib;  
nostris tui amoris affec-  
tum. ut te in omnibus et  
sup omnia diligentes pro  
missiones tuas que omne  
desiderium superant conse-  
quaimur. **P. Ad romanos.**

**R. Es.** Quicumq;  
baptizati sumus  
in xpo ihu. in morte ipi

baptizati sumus. Conse-  
pulti enim sumus cum  
illo pbaptisimum in morte.  
ut quomodo surrexit xpc  
a mortuis p glam patris.  
ita et nos in nouitate ui-  
te ambulemus. Si enim  
complantati facti sumus  
similitudini mortis eius.  
simul et resurrectionis  
erimus. **Hoc** scientes qa  
uetus homo noster simil  
crucifixus est. ut destruat  
corpus peccati. ut ultra n  
seruiamus peccato. Qui e-  
nim mortuus est. iustifi-  
catus est a peccato. Si aut  
mortui sumus cum xpo.  
credimus quia simul eti-  
am uiuemus cum eo. **Sci-**  
entes quod xpc resurgens  
ex mortuis. ia n moritur.  
mors illi ultra non domi-  
nabitur. Quod enim mor-  
tuis est peccato. mortuis  
est semel. Quod autem  
uiuit. uiuit deo. **I**ta et uos



existimate uos mortuos  
quidem esse peccato: uiuentes  
autem deo. In xpo ihu.  
domino nostro. **R.** Con  
uertere domine aliquantulum  
et deprecare sup seruos tuos.

**V.** Domine refugium frs  
es nobis a generatione et pro  
genie. **A. Ita.** **V.** Libere me de  
inimicis meis deus meus et ab  
insurgentibus in me libera me

**N**ullo tempore. **S. mathe**

**D**ixit ihc discipulis **um.**

**A**men dico uobis

nisi habundauerit iusti

cia uestra plusquam scri

barum et phariseorum:

non intrabitis in regnum

celorum. Audistis quia

dictum est antiquis. **N**o

occides. Qui autem occi

derit. reus erit iudicio. Ego

autem dico uobis. quia omnis qui iras

cit fratri suo reus erit iudici

o. Qui autem dixit fratri suo ra

cha. reus erit scilicet. Qui au

tem dixit fatue. reus erit gehē

ne ignis. Si ergo offers munus  
tuum ad altare: et ibi recorda  
t' frater tuus. quia frater tuus habet aliquid  
aduersum te. relinque ibi  
munus tuum ante

altare. et uade prius re  
conciliari fratri tuo. Et  
tunc ueniens. offers mu  
nus tuum. **Offit.** **P**ro

gressus meos in semitis tuis  
ut non moueantur uestigia  
mea. inclina aurem tuam et  
exaudi uerba mea. miraifica  
misericordias tuas qui saluos  
facis sperantes in te domine.

**P**ropiciare deo **Secre.**

**P**ro mune supplicationibus  
nostris. et has oblatio  
nes famulorum famu  
larumque tuarum benignus  
assume ut quod sin  
guli obtulerunt ad hono  
rem nominis tui cunctis  
proficiat ad salutem.

**P. Co.** Circuibō et immo  
labo in tabernaculo eius hosti  
am iubilacionis cantabo et



psalmum dicam domino. **De**  
**Q**uos celesti domi **con-**  
ne dono faciasti: presta  
quesumus ut a nostris  
mundemur occultis: et  
ab hostium liberemur in  
sidis. **Vnica. S. vii. offm.**

**O**mnes gentes plaudite  
manibus iubilare deo in  
noce exultationis. **V** Subiecit  
populos nobis et gentes sub pedi  
bus nostris. **Gloria p. orō.**

**D**eus virtutum cui  
est totum quod est  
optimum insere pectori  
bus nostris amorem tui  
nominis: et presta in no  
bis religionis augmen  
tum: ut que sunt bona  
nutrias: ac pietatis stu  
dio que sunt nutrita cul  
todias. **P. L. Ad Romano.**

**P**atres. **H**umana  
num dico: ppter in  
firmitatem carnis ure.  
Sicut enim exhibuistis  
membra uestra seruire i

mundicie et iniquitati  
ad iniquitatem: ita nunc  
exhibete membra uestra  
seruire iusticie in sancti  
ficationem. Cum enim ser  
ui essetis peccati: liberi fu  
istis iusticie. Quem ergo  
fructum huius tunc in  
illis in quibus nunc cru  
lesatis. Nam finis illo  
rum mors est. Nunc uo  
luerati a peccato serui au  
tem facti deo: habetis fruc  
tum uestrum in sanctifi  
cationem: finem uero ui  
tam eternam. Stipendia  
enim peccati mors est. Gra  
autem dei uita eterna.  
In xpo ihu domino nro.

**R.** Venite filii audite me  
timeorem domini doceto uos.

**V** Accedite ad eum et illumi  
namini et facies ure non con  
fundentur. **A. Ha.** **V** Te docet

ymnis deus in syon et tibi red  
detur uotu ierusalem. **S. Mar**  
**M**illo f. **Q**um tur **cum.**



ba multa esset cum ihu  
 nec haberent quod man  
 ducarent. conuocatis dis  
 cipulis ait. Misereor su  
 p turbam quia: ecce iam  
 triduo sustinent me nec  
 habent quod manducet.  
 Et si dimisero eos ieiunos  
 in domum suam: deficient  
 in uia. Quidam autē  
 ex eis de longe uenerunt.  
 Et responderunt ei disci  
 puli sui. Vnde istos pote  
 rit quis hic saturare pa  
 nibus insolitudine. Et  
 interrogauit eos. Quod  
 panes habetis. Qui dix  
 erunt. Septem. Et prece  
 pit turbe discumbere su  
 per terram. Et accipiens  
 septem panes: gratias a  
 gens fregit et dabat dis  
 cipulis suis ut apponerent  
 Et apposuerunt turbe. Et  
 habebant pisciculos pau  
 cos. ⁊ ipsos benedixit et  
 iussit apponi. Et mandu

cauerunt et saturati sunt.  
 Et sustulerunt quod su  
 perauerat de fragmentis:  
 septem sportas. Erant au  
 tem qui manducauerant  
 quasi quatuor milia. et di  
 misit eos. **Off.** Sicut in ho  
 locaustum arietum et chauro  
 rum et sicut in milibus agnoz  
 pinguium sic fiat sacrificiū  
 nostrum in conspectu tuo hodie  
 ut placeat tibi quia non est cō  
 fusio confidentibus in te dñe.

**P**ropitiare domine **Sec.**  
 supplicationibus nris et  
 has populi tui oblationes  
 benignus assume et ut  
 nullius sit irritum uotū  
 nullius uacua postula  
 tio presta quesumus.  
 ut quod fideliter petimus  
 efficaciter consequamur. **P.**

**Con.** Inclina aurem tuam  
 accelera ut enias me. **Ps cō.**

**R**epleti sumus dñe  
 muneribus tuis: tribue  
 quesumus ut eorum et



mundemur effectu: et mi  
niamur auxilio. **P. Dñi**

**S**uscipim' ca. viij.

Deus misericordiam  
tuam in medio templi tui se  
cundum nomen tuum deus ita  
et laus tua infines terre iustici  
a plena est dextera tua. **V.**

Magnus dominus et lauda  
bilis nimis in ciuitate dei nost  
in monte sancto eius. **Gla p.**

**D**eus cuius **Oratio.**

prouidencia in sui  
dispositione non fallitur:  
te supplices exoramus: ut  
noxia cuncta submoue  
as: et omnia nobis pro  
futura concedas. **P. ad**

**Ratres: Romanos**

**D**ebitores sumus  
non carni: ut secundum  
carnem uiuamus. Si eni  
secundum carnem uixe  
ritis: moriemini. Si autē  
spiritu: facta carnis mor  
tificaueritis uiuetis. Qui  
cumq; enim spiritū dei

aguntur: hii filij dei sunt  
Non enim accepistis spm  
seruitutis iterum in timo  
re: sed accepistis spiritum  
adoptionis filiorum dei.  
in quo clamamus abba  
pater. Ipse enim spiritus  
testimonium reddit spi  
ritui nostro: quod sumi  
filij dei. Si autem filij: et  
heredes. Heredes quidem  
dei: coheredes autē xpi.

**R.** Esto michi in deum pro  
tectoorem et in locum refugij ut  
saluū me facias. **V.** Deus in te  
speraui domine non confundar  
in eternum. **A. Illa. V.** Ad ten

dite popule meus legem meam.  
Nihilō ē. **Scdm Matheū.**  
Dixit ihs discipulis suis.

**A**dtendite a falsis pro  
phetis qui ueniunt ad  
uos in uestimentis ouiu:  
intrinsicus autem sunt  
lupi rapaces. A fructibz  
eorum: cognoscetis eos.  
Numquid colligunt de



spinis uiuas. aut de tribu-  
lis ficus. Sic omnis ar-  
bor bona fructus bonos  
facit: mala autem arbor  
fructus malos facit. Nō  
potest arbor bona fructus  
malos facere: neq; ar-  
bor mala fructus bonos  
facere. Omnis arbor que  
non facit fructum bonū:  
excidetur et in ignem mit-  
tetur. Igitur ex fructibus  
eorum cognoscetis eos. Nō  
omnis qui dicit michi  
domine domine. intrabit  
in regnum celoꝝ. S; qui  
facit uoluntatem patris  
mei qui in celis est. ipse i-  
trabit in regnum celoꝝ.

**Off.** Populum humilem  
saluum facies domine et ocu-  
los superboꝝ humiliabis quo-  
niam quis deus preter te domi-

**D**eus qui **Secretū.** ne  
legalium differentiam  
hostiarum unius sacrifi-  
cii. pfectione sanxisti. acci-

pe sacrificium aduotis  
tibi famulis. et pari be-  
nedictione sicut munera  
abel sanctifica ut quod  
singuli obtulerunt ad  
maiestatis tue honorem.  
cunctis proficiat ad salu-  
tem. **P. Con.** Gustate et ui-  
dete quoniam suauis est domi-  
nus deus bñs uir qui sperat in eo.

**T**ua nos domine **post**  
medicinalis operatio: **co.**  
et a nostris pueritatib;  
clementer excediat. et ad  
ea que sunt recta pducatur.

**E**cce deus **Unica. ix. P.**  
adiuuat me et dominus

susceptor est anime mee auer-  
te mala inimicis meis inueri-  
tate tua disperde illos protec-  
tor meus domine. **V. Deus**  
in nomine tuo saluum me fac  
et in ueritate tua iudica me.

**L**argire **oro.** Glā pñ.  
nobis quesumus  
domine semper spiritum  
cogitandi que recta sunt



ppicius et agendi. ut qui  
sine te esse non possumus.  
secundum te uiuere ua  
leamus. **P. ad Corinthi**

**Ratres. Non os.**  
**P**simus concupiscen  
tes malorum: sicut et illi  
concupierunt. Neque ido  
latre efficiamini sicut qui  
dam ex ipis: quemadmo  
dum scriptum est. Sedit  
populus manducare et  
bibere: et surrexerunt lu  
tere. Neque fornicemur: sic  
quidam ex ipis fornicati  
sunt: et ceciderunt una die  
uiginti tria milia. Neque  
temptemus xpm sicut  
quidam illorum tempta  
uerunt: et aserpentibus  
perierunt. Neque murmu  
raueritis sicut quidam  
illorum murmurauerunt:  
et perierunt ab extimi  
natoe. Haec autem om  
nia in figura continge  
bant. Scripta sunt autem

ad correptionem nostram:  
in quos fines seculorum  
deuenerunt. Itaque qui se  
existimat stare: uideat  
ne cadat. Temptatio uos  
non apprehendat nisi  
hu mana. Fidelis autem  
ds est. qui non patie  
tur uos temptari supra  
id quod potestis: sed faciet  
cum temptatione etiam  
prouentum ut possitis  
sustinere. **R. Domine do**  
minus noster quam admi  
rabile est nomen tuum in uniu  
sa terra. **V. Quoniam eleua**  
ta est magnificentia tua super  
celos deus. **Alla V. Propi**  
cius esto domine peccatis nos  
tris nequando dicant gentes  
ubi est deus eoz. **Secundum**  
**A**illo tem: Dixit lucas.  
ihesus discipulis suis pa  
rabolam hanc. **H**omo  
quidam erat diues qui  
habebat uillicum: et hic  
diffamatus est apud illu.



quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illum. et ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem uillicationis tue. Jam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam. Quia dominus meus auferet a me uillicationem. Fecere non ualeo mendicare erubescio. Scio quid faciam ut cum a motus fuero a uillicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui dicebat primo. Quantum debes domino meo. At ille ait. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam. et sede cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu autem quantum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas.

et scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter fecisset. quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. **Off.** Iusticie domini recte letificantes corda et iudicia eius dulciora sunt mel et fauim nam et seruis tuis custodiet ea. **Secr.** **S**uscipe munera quesumus domine que tibi de tua largitate deferimus. ut hec sacrosancta mysteria gratie operante uirtute presentis uite nos conuersione sanctificent. et ad gaudia sempiterna pducant. **Ps. 122. Con.** Primum querite regnum dei et omnia adiacentur uobis dicit dominus.



**S**it nobis do **Post con-**  
mine reparatio mentis  
et corporis: celeste myste-  
rium ut cuius exequium  
actionem sentiamus ef-  
fectum. **P do. Vnica. x.**

**D**um clamarem **offm.**  
ad dominum exaudi-  
uit uocem meam ab his qui ap-  
propinquant michi. et humili-  
auit eos qui est ante secula et  
manet in eternum iacta cogi-  
tatum tuum in domino et ipse  
te enutriet. **V Exaudi deus**

orōnem meam et ne desperis  
deprecationem meam intende  
michi et exaudi me. **Gla p.**

**D**ateant aures **oro.**  
misericordie tue  
domine precibus suppli-  
cantium. et ut petenti-  
bus desiderata concedas.  
fac eos que tibi placita  
sunt postulare. **P do. Eco.**

**Res. Ad Corinthios.**  
**S**cias quoniam cum  
gentes essetis. ad simula-

chra muta prout duce-  
bamus ciuites. Ideo no-  
tum uobis facio. quod  
nemo in spiritu dei loquens  
dicit anathema ihu. Et  
nemo potest dicere dñs  
ihc. nisi in spiritu sancto.  
Diuisiones uero gratiarum  
sunt. idem autem spiritus.  
Et diuisiones ministra-  
tionum sunt. idem autem  
dominus. Et diuisiones  
operationum sunt. idem  
uero deus qui operatur  
omnia in omnibus. **Vni-**  
cuique autem datur ma-  
nifestatio spiritus. ad  
utilitatem. Alii quidem  
datur per spiritum sermo  
sapientie. alii autem ser-  
mo sciencie secundum  
eundem spiritum. **Alte-**  
ri fides. in eodem spiritu.  
Alii gratia sanctorum.  
in uno spiritu. Alii ope-  
ratio uirtutum. alii pro-  
phetia. alii discretio spi-



ritium. alii genera lin-  
guarum. alii interpreta-  
tio sermonum. **H**ec aut  
omnia operatur unus  
atq; idem spiritus. **D**omi-  
nus singularis pro ut uult.

**R**e Custodi me domine ut  
pupillam oculi sub umbra a-  
larum tuarum protege me.

**V**e uultu tuo iudicium  
meum protegat oculi tui uide-  
ant equitates. **A**lla. **V**e

ultate deo adiutori nostro  
iubilate deo iacob. sumite  
psalmum iocundum cum citha-  
ra. **A**lla. **Secundum Lucam.**

**N**ullo t: **Q**um appin-  
quaret ihc ierusalem.  
uidens ciuitatem fleuit  
sup illam dicens. Quia  
si cognouisses et tu. **E**t  
quidem in hac die tua  
que ad pacem tibi. nunc  
autem abscondita sunt  
ab oculis tuis. Quia ue-  
nient dies in te. et circu-  
dabunt te inimici tui

uallo. et circumdabunt  
te inimici et coangusta-  
bunt te undiq; et ad ter-  
ram prosternent te et fi-  
lios tuos qui in te sunt.

**E**t non relinquent in te  
lapidem sup lapidem. eo  
quod non cognouisti tem-  
pus uisitacionis tue. **E**t  
ingressus intemplum ce-  
pit eicere uendentes. in  
lo et ementes. dicens illis.

**S**criptum est. quia do-  
mus mea domus oronis  
est. Vos autem fecistis  
illam speluncam latro-  
num. **E**t erat docens cot-  
tidie in templo. **Off.** **A**d

te domine leuaui animam  
meam deus meus in te con-  
fido non erubescam neq; iri-  
deant me inimici mei et eni  
uniuersi qui te expectant si  
confundentur. **S**ecretum.

**C**oncede nobis hec  
quesumus domine fre-  
quentare mysteria quia



quociens huius hostie cō  
memoratio celebratur op  
nostre redemptionis exer  
cetur. **P. Con.** Acceptabis  
sacrificium iusticie oblationes  
et holocausta super altare tuū  
domine. **Pf cō.** **T**ui nob  
domine conuiuio facia  
menti: et purificationē  
tribuat et conferat uni  
tatem. **P. Dominica. xi.**

**D**eus in loco sancto  
suo deus qui in habi  
tare facit unanimes in domo  
ipse dabit uirtutem et forti  
tudinem plebis sue. **V.** Exur  
gat deus et dissipentur inimi  
ci eius et fugiant qui oderunt  
eum a facie eius. Gloria. p.

**D**eus qui om **Oro.**  
nipotentiam tuam  
parcendo maxime et mi  
serando manifestas mul  
tiplica sup nos grām tu  
am: ut ad tua pmissa  
currentes: celestium bono  
rum facias ēē consortes:

**P. do. Ad Corinthios.**

**R's.** **N**otum uob  
facio euangelium.  
quod predicauit uobis.  
quod et accepistis. in quo  
et statis. p quod et salua  
mini: qua ratione predi  
cauerim uobis si tenetis  
nisi frustra credidistis.

Tradidi enim uobis in  
primis quod et accepi: q  
niam ihc mortuus est p  
peccatis nostris secundū  
scripturas. et quia sepul  
tus est. et quia resurrexit  
tertia die secundū scrip  
tuas. et quia uisus est  
cephē. et post hec undecim.  
Deinde uisus est plusq̄m  
quingentis fratribus si  
mul: ex quibus multi ma  
nent usq̄ adhuc. quidā  
autem dormierunt. De  
inde uisus est iacobo: de  
inde ap̄lis omnibus. No  
uissime autem omnium  
tamquam abortiuo: ui



sus est et michi. Ego enim  
 sum minimus apud deum.  
 qui non sum dignus  
 uicari apostolus. quoniam  
 nam persecutus sum ecclesiam dei.  
 Gratia autem  
 dei sum. id quod sum. Et  
 gratia eius in me uacua  
 non fuit. **R.** Inde spera-  
 uit cor meum et adiutus  
 sum et refloruit caro mea et  
 ex uoluntate mea confitebor  
 illi. **V.** Ad te domine clamaui  
 deus meus ne sileas ne disce-  
 das a me. **A.** **V.** Domine  
 deus salutis mee in die clama-  
 ui et nocte coram te. **Secundum**  
**N**illo tempore. **Lucam.**  
**D**ixit ihesus ad quosdam  
 qui in se confidebant tan-  
 quam iusti et asperna-  
 bantur ceteros. parabolam  
 istam. Duo homines as-  
 cenderunt in templum ut  
 orarent. unus phariseus  
 et alter publicanus. Pha-  
 riseus stans. hec apud se

orabat. Deus gratias  
 ago tibi quia non sum  
 sicut ceteri hominum rap-  
 tores iniusti adulteri.  
 uelud etiam hic publica-  
 nus. Ieiunabo bis in sabbo.  
 decimas do omnium que  
 possideo. Et publicanus  
 a longe stans nolebat nec  
 oculos ad celum leuare. sed  
 percussit pectus suum  
 dicens. Deus propitius esto  
 michi peccatori. Amen dico  
 uobis. descendit hic iusti-  
 ficatus in domum suam  
 a billo. Quia omnis qui  
 se exaltat humiliabitur.  
 et qui se humiliat exalta-  
 bitur. **Off.** Exaltabo te do-  
 mine quoniam suscepisti me  
 nec delectasti inimicos meos  
 super me domine clamaui  
 ad te et sanasti me. **Secretum.**  
**T**ibi domine sacrificia  
 dicata reddantur que sic  
 ad honorem nominis tui  
 deferenda tribuisti. ut ea



tem remedia fieri nostra  
prestares. **P. Co.** Hono-  
ra dominum de tua substan-  
cia et de pumicijs frugum  
tuorum ut impleantur hor-  
rea tua sativitate et uino tor-  
cularia redundabunt. **Ps. co**

**Q**uesumus domine  
deus noster: ut quos diui-  
nus reparare non desinis  
sacramentis tuis non de-  
stituas benignis auxilijs:

**P. do. Dominica .xij. offic.**

**D**eus in adiutorium me-  
um intende domine  
ad adiuuandum me festina  
confundantur et reuerentur  
inimici mei qui querunt ani-  
mam meam. **V.** Avertantur re-  
trosum et erubescant qui co-  
gitant michi mala. **Gla p.**

**O**mnipotens **Oratio.**  
sempiternus deus:  
qui habundancia pieta-  
tis tue et merita suppli-  
cum excedis et uota ef-  
funde sup nos misericor-

diam tuam: ut dimittas  
que conscientia metuit et  
adicias quod oratio non  
presumit. **P. ad corinthios.**

**F**ratres. **F**iduciam  
talem habemus per  
xpm ad deum. non quod  
sufficientes sumus cogita-  
re aliquid a nobis quasi  
ex nobis. sed sufficiencia  
nostra ex deo est. Qui et  
pdoneos nos fecit minist-  
ros noui testamenti. n̄  
littera sed spiritu. Littera  
enim occidit. spiritus  
autem uiuificat. Quod  
si ministratio mortis lit-  
teris deformata in lapidi-  
bus fuit in gloria ita ut  
non possent intendere fi-  
lij israhel. in faciem moysi  
ppter glam uultus eius  
que euacuatur. quomodo  
non magis ministratio  
spiritus erit in gloria. Na  
si ministratio dampnati-  
onis in gloria e. multo



magis hūdat ministe-  
rium iusticie in gloria. **R.**

**B**enedicam dominum in  
omni tempore semper laus  
eius in ore meo. **V.** In domino  
laudabitur anima mea audi-  
ant mansueti et letentur.

**A**nt. **V.** Domine refugium  
factus es nobis a generatione  
et progenie. **S. dñi Mar**  
**N**ullo tempore. **Q**uies cū  
ihc desinibus tyri. uenit  
per sydonem ad mare ga-  
lilee inter medios fines  
decapoleos. Et adducunt  
ei surdum et mutum. et  
deprecabantur eum ut i-  
ponat illi manum. Et ap-  
prehendens eum deturba-  
seorsum. misit digitos su-  
os in auriculas eius. et  
expuens in terram tetigit  
linguam eius. Et suspi-  
ciens in celum. ingemuit  
et ait. Effeta. quod est  
ad aperire. Et statim aperte  
sunt aures eius. et solu-

tum est uinculum lingue  
eius. et loquebatur recte.

**E**t precepit illis. ne cui di-  
cerent. Quanto autem eis  
precipiebat tanto magis  
plus predicabant. et eo  
amplius admirabantur  
dicentes. Bene omnia  
fecit. et surdos fecit audi-  
re et mutos loqui. **Off.**

**P**recatus est moyses in con-  
spectu domini dei sui et dixit  
quare domine irasceris in po-  
pulo tuo. parce ire animi tui  
memento abraham ysaac et  
iacob quibus iurasti dare ter-  
ram fluentem lac et mel et  
placatus factus est dominus  
de malignitate quam dixit fa-  
cere populo suo. **Secretum.**

**R**espice quesumus  
domine nostram pitius  
seruitutem. ut quod offe-  
rimus sit tibi minus  
acceptum. sit nostre fra-  
gilitati subsidium. **P. Co.**  
**D**e fructu operum tuorum



domine faciabitur terra. ut e  
ducas panem de terra & uinum  
letificet cor hominis ut exhi  
laret faciem in oleo et panis  
cor hominis confirmet. **P. co.**

**S**enciamus domine  
quesumus tui per  
ceptione sacramenti sub  
sidium mentis et corpo  
ris. ut in utroque salua  
ti celestis remedii pleni  
tudine gloriemur. **P. do.**

**R**espice **Dom. xiiij.**

domine in testamen  
tum tuum et animas paupe  
rum tuorum ne derelinquas  
in finem exurge domine et iu  
dica causam tuam et ne obli  
uiscaris uoces querentium te.

**V**t quid deus repulisti in  
finem iratus est furor tuus su  
p onnes pascue tue. Gloria p̄i

**Omnipotens Oro.**

**A**et misericors deus  
de cuius munere uenit  
ut tibi a fidelibus tuis  
digne et laudabiliter

seruatur. tribue quesu  
imus nobis. ut ad promif  
siones tuas sine offensio  
ne curamus. **P. do. ad**

**Ratres Galathas.**

**A**brahe dicte sunt  
promissiones et semini ei.  
Non dicit et seminibus  
quasi multis. sed quasi  
unimo et semini tuo qui  
est xpc. Hoc autem dico  
testamentum confirmatum  
a deo. que post quadrin  
gentos et triginta annos  
facta est lex. non irritum  
facit ad euacuanda pro  
missionem. Nam si ex le  
ge hereditas. iam non  
ex promissione. Abrahe  
autem. p̄re promissione  
donauit deus. Quid igit  
lex. Propter transgressi  
ones posita est. donec ue  
niet semen cui pmiserat  
ordinata p̄ angelos ima  
ni mediatoris. Media  
tor autem unius no est.



deus autem unus est.  
**L**ex ergo aduersus pro-  
 missa dei. Absit. Si eni-  
 data esset lex que posset  
 uiuificare. uere ex lege  
 eet iusticia. Sed conclusit  
 scriptura omnia sub pec-  
 cato. ut promissio ex fide  
 ihu xpi daretur credenti-  
 bus. **R.** Respice domine  
 testamentum tuum et ani-  
 mas pauperum tuorum ne  
 obliuiscaris in finem. **V.**  
**E**xurge domine et iudica cau-  
 sam tuam memor esto oby-  
 brum seruatorum tuorum. **Alla.**  
**V.** Venite exultemus dno  
 iubilemus deo salutari nro.  
 in illo tem. **Sm Lucam.**  
**D**ixit ihc discipulis  
 suis. **V.** Ecce oculi qui  
 uident que uos uidetis.  
**D**ico enim uobis quod  
 multi pphete et reges  
 uoluerunt uidere que  
 uos uidetis et non ui-  
 derunt. et audire que

auditis et non audierunt.  
**E**t ecce quidam legis pen-  
 tus surrexit. temptans  
 illum et dicens. Magister  
 quid faciendo uitam eter-  
 nam possidebo. **A**t ille  
 dixit ad eum. In lege qd  
 scriptum est. **Q**uomo-  
 do legis. Ille respondens  
 dixit. Diliges dominum  
 deum tuum ex toto corde  
 tuo. et ex tota anima tua.  
 et ex omnibus uiribus  
 tuis. et ex omni mente  
 tua. et proximum tuum  
 sicut te ipsum. **D**ixitq; illi.  
**R**ecte respondisti. **H**ec  
 fac et uiues. Ille autem  
 uolens iustificare seipm.  
 dixit ad ihm. **E**t quis e  
 meus proximus. **S**us-  
 picieus autem ihc. dixit  
**H**omo quidam descende-  
 bat ab iherusalem in iericho.  
 et incidit in latrones. **Q**  
 etiam dispoliauerunt eu.  
 et plagis impositis abie



erunt semiuuio relicto.  
Accidit autem ut sacerdos  
quidam descenderet eade  
uia. et uiso illo preterit.  
Similiter et leuita. cum  
eet secus leuim et uideret  
illum. ptransiuit. Sama  
ritanus autem quidam  
iter faciens uenit secus  
eum. et uidens eum mi  
sericordia motus est. Et  
appropians alligauit  
uulnera eius. infundes  
oleum et uinum. Et im  
ponens illum in iumen  
tum suum dixit insta  
bulum. et curam eius e  
git. Et altera die protu  
lit duos denarios. et ded  
it stabulario et ait. Curam  
illius habe. Et quodcuq;  
sup erogaueris. ego cum  
rediero reddam tibi. Quis  
horum trium uidetur t  
pimus fuisse illi. qui i  
cidit in latrones. At ille  
dixit. Qui fecit misericordiam i

illum. Et ait illi ihc. Va  
de et tu fac similiter. **Off.**  
Iute speraui domine dixi tu  
es deus meus in manibus tu  
is tempora mea. **Secretum.**  
**H**ostias quesumus  
domine propitius inter  
ce quas sacris altarib;  
exhibemus. ut nobis in  
dulgentiam largiendo  
tuo nomini deus hono  
rem. **P.** **Con** Panem de celo  
dedisti nobis domine habente  
omne delectamentum et omne  
saporem suauitatis. **Et con.**  
**V**iuificet nos quesu  
imus domine. huius p  
ticipatio sancta myste  
rii. Et pariter nobis expi  
ationem tribuat i mu  
nimen. **P.** **Unica. xiiii.**  
**P**rorector officium.  
noster aspice deus et  
respice in faciem xpi tui q  
melior est dies una inatis  
tuis sup milia. **V** **Qua**  
dilecta tabernacula tua domine



uirtutum concupiscit et defi-  
cit anima mea in aeterna domini.

**O**mnipotens sempiternus  
deus da nobis fidei spei et  
caritatis augmentum et  
ut mereamur assequi quod  
promittis fac nos amare  
quod precipis. **P. Leo. ad**

**Res. Galathas.**

**S**piritu ambula-  
te et desideria carnis non  
perficietis. Caro enim con-  
cupiscit aduersus spiritum.  
spiritus autem aduersus  
carnem. Hec enim sibi  
inuicem aduersantur  
ut non quecumque uul-  
tis illa faciatis. Quod si  
spiritu ducimini non estis  
sub lege. Manifesta autem  
sunt opera carnis que sunt  
fornicatio. immundicia. im-  
pudicitia. luxuria. idolo-  
rum seruitus. ueneficia.  
immundicia. contentiones  
emulationes. ire. rixae. dis-

sensiones. secte. inuidie.  
homicidia. ebrietates. com-  
estationes. et huius simi-  
lia. Que predico uobis si-  
cut predixi quoniam  
qui talia agunt regnum  
dei non consequentur. fruc-  
tus autem spiritus est ca-  
ritas. gaudium. pax. paci-  
entia. longanimitas. bo-  
nitas. benignitas. man-  
suetudo. fides. modestia. co-  
ntinencia. castitas. Aduer-  
sus huiusmodi non est  
lex. Qui autem sunt christi  
carnem suam crucifixerunt  
cum uitiis et concupiscen-  
tiis. **R.** Bonum est confite-  
ri domino et psallere nomi-  
ni tuo altissime. **V.** Ad annu-  
ciandum mane misericordi-  
am tuam et ueritatem tuam  
per noctem. **Alla.** **V.** Quoniam  
deus magnus dominus et rex  
magnus super omnes deos.  
A illo tempore. **Sancti Lucam.**  
**D**um irretit iherusalem.



transibat p̄ mediam sa-  
mariam et galileam. Et  
cum ingrederetur quoddā  
castellum. occurrerunt ei  
decem uiri leprosi. Qui  
steterunt a longe. et leua-  
uerunt uocem dicentes.  
**I**hu preceptor. miserere  
nostri. Quos ut uidit dixit.  
**I**te ostendite uos sacerdoti-  
bus. Et factū est dum i-  
rent. mundati sunt. **V**ir  
autem ex illis ut uidit  
quā mundatus est. re-  
gressus est cum magna  
uoce magnificans deum.  
Et cecidit in faciem ante  
pedes eius. gratias agēs.  
Et hic erat samaritanus.  
Respondens autem ih̄c  
dixit. Nonne decem mū-  
dati sunt. Et nouē ubi  
sunt. Non est inuentus  
qui rediret et daret glo-  
riam deo. nisi hic alieni-  
gena. Et ait illi. Surge  
uade. quia fides tuā te

saluum fecit. **off.** **I**mmittit  
angelus domini in circuitu ti-  
mentium eum et eripiet eos  
gustate et uidete quoniam s̄ua-  
uis est dominus. **Secretū.**

**P**roptiare domine po-  
pulo tuo. p̄ciare mune-  
ribus ut hac oblatione  
placatus et indulgentiā  
nobis tribuas et postula-  
ta concedas. **P. Cō.** Pa-  
nis quem ego edero caro mea

est pro seculi uita. **Post cō.**

**S**umptis domine ce-  
lestibus sacramentis. ad  
redemptionis eterne q̄s  
proficiamus augmētū. **P.**  
Inclina domine **Uñca. xv.**  
aurem tuam ad me **officiū.**  
et exaudi me saluum fac ser-  
uum tuum deus meus sperā-  
tem in te miserere michi domi-  
ne quoniam ad te clamaui do-  
mine. tota die. **V.** Letifica a-  
nimam serui tui quoniam ad  
te domine animam meam le-  
uaui. **Gloria p̄i. Oratio.**



**Q**uod custodi domine quod  
ecclesiam tuam pro  
prietate perpetua. et quia si  
ne te labitur humana  
mortalitas. tuus semper  
auxilius. et abstrahatur a  
noxius. et ad salutaria diri  
gatur. **P. Ad Galathas.**

**F**ratres. Si spiritu  
uiuimus. spiritu et  
ambulemus. Non effici  
amur inanis glorie cu  
pidi. inuicem prouoca  
tes inuicem inuidentes.  
Si autem si preoccupatus  
fuerit homo in aliquo de  
licto. uos qui spirituales  
estis huiusmodi instrui  
te in spiritu lenitatis.  
considerans te ipsum ne et  
tu tempteris. Alter alte  
rius onera portate. et sic  
adimplebitis legem christi.  
Nam si quis existimat se  
aliquid esse cum nichil sit.  
ipse se seducit. Opus  
autem suum proleget unum

quisque. et sic in semetipso  
tantum gloriam habebit  
et non in altero. Unusquis  
que enim onus suum por  
tabit. Communicez autem  
is qui catheterizatur uel  
ei qui se catheterizat. in om  
nibus bonis. Nolite erra  
re. deus non iridetur. Ne  
enim seminauerit homo.  
hec et metet. Quoniam  
qui seminatur in carne sua.  
de carne et metet corrupti  
onem. Qui autem seminatur  
in spiritu. de spiritu metet  
uitam eternam. Bonum  
autem facientes non defi  
ciamus. tempore enim  
suo metemus non defici  
entes. Ergo dum tempus  
habeamus operemur bonum  
ad omnes. maxime autem  
ad domesticos fidei. **R.** Bo  
num est confidere in domino  
quam confidere in homine.  
**V.** Bonum est sperare in do  
mine quam sperare in principibus.



**A**lla. **V.** Timebunt gentes  
nomen tuum domine et omnes  
reges terre gloriam tuam. **Se**  
**N**ullo tem. **cundū Mathe**  
**D**ixit ihc discipulis **unz.**  
**N**emo potest duo  
bus dominis seruire. Aut  
enim unum odio habe  
bit. et alterum diliget.  
aut unum sustinebit. et  
alterum contempnet. **Nō**  
potestis deo seruire et ma  
mone. **I**deo dico uobis.  
ne solliciti sitis anime  
uestre quid manducetis.  
neq; corpori uro. quid in  
duamini. **N**onne aia  
plus est quam esca. et  
corpus plusquam uesti  
mentum. **R**espice uo  
lacilia celi quoniam nō  
seruiunt neq; metunt neq;  
congregant in horrea. et  
pater uester celestis pascit  
illa. **N**onne uos magis  
pluris estis illis. **Q**uis  
autem uestrum cogitans

potest adicere ad staturā  
suam cubitum unum. **E**t  
de uestimento quid sollici  
ti estis. **C**onsiderate lilia  
agri quomodo crescunt.  
Non laborant neq; uent.  
**D**ico autem uobis. quod  
nec salomon in omni glā  
sua cooptus est sicut unū  
existis. **S**i autem fenū  
agri quod hodie est. et cras  
in cibarium mittitur dō  
sic uestit. **Q**uanto magis  
uos minime fidei. **N**olite  
ergo solliciti esse dicen  
tes quid manducabim  
aut quid bibemus. aut  
quo operiemur. **H**ec enī  
omnia gentes inquirūt.  
**S**cit enim pater uester.  
quia his omnibus in  
digetis. **Q**uerite ergo  
primum regnum dei et  
iusticiam eius. et hec om  
nia adiciuntur uobis. **off.**  
**E**xpectans expectavi do  
minum et respexit me. et ex



audiunt deprecationem meam et inmisit in nos meum canticum novum ymnium deo nostro. **Secx.** **Q**oncede nobis domine ut hi hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum. et tue propiciationis potestatis. **P. Con.** Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicat dominus. **Post con.**

**P**urificent semper et immutent tua sacramenta nos deus et ad perpetue ducant saluationis effectum. **P. Dominica. xvi.**

**M**iserere michi **Offit.** domine quoniam u. ad te clamaui tota die quia tu domine suavis ac mitis es et copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. **V.** Inclina domine aurem tuam et exaudi me quoniam inops et pauper sum ego.

**E**ccliam **Orō** tuam domine miseratio continuata munet et muniat. et quia si ne te non potest salua consistere. tuo semper munere gubernetur. **P.**

**Res. Leo. ad Ephe**

**O**bscuro uos **fios.** ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis. que est gloria uestra. **Hu**ius rei gratia flecto genua mea ad patrem. domini nostri ihu xpi. ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. ut det ubi scdm diuitias glorie sue uirtutem corroborari p spiritum eius in interiori homine. habitare xpm p fidem in cordibus uestris. In caritate radicati et fundati. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis. que sit lati



tudo et longitudo subli-  
mitas et profundum.  
Scire etiam supereminē-  
tem scientie caritatem  
xpi: ut impleamini in  
omnem plenitudinem  
dei. Et autem qui potes  
est omnia facere super  
habundanter quam pe-  
timus aut intelligim?  
secundum uirtutem q̄  
operatur in nobis. ipsi  
gloria in ecclesia. et in xpo  
ihu in omnes generatio-  
nes seculi seculorū am.

**R.** Timebunt gentes nomē  
tuum domine et omnes re-  
ges terre gloriam tuam. **V.**

Quoniam edificauit domi-  
nus syon et uidebitur in ma-  
iestate sua. **Alla.** **V.** Confi-

temini domino et in uocare no-  
men eius annunciate inter  
gentes opera eius. **Secūm**

**Nullo t.** **I**bat **Lucam.**  
ihc in ciuitatem que uo-  
catur naym. et ibant

cum illo discipuli eius et  
turba copiosa. Cum au-  
tem appropinquaret por-  
te ciuitatis. ecce defunctus  
efferebatur fili' uic' ma-  
tris sue. Et hec uidua erat.  
et turba ciuitatis multa  
cum illa. Quam cum ui-  
disset ihc. misit motus su-  
p illā dixit illi Noli flere.  
Et accessit et tetigit locu-  
lum. Hi autem qui por-  
tabant steterunt. Et ait  
Adolescens tibi dico surge.  
Et resedit qui erat mortu-  
us. et cepit loqui. Et deo  
cum matre sue. Accepit  
autem omnes timor. et  
magnificabant deum di-  
centes. Quia propheta mag-  
nus surrexit in nobis. et  
quia deus uisitauit plebe  
suam. **Off.** Domine in auxi-  
lium meum respice confunda-  
tur et reuerentur qui que-  
runt animam in eam ut au-  
ferant eam. **Secr.** **G**ua



nos domine sacramenta  
custodiant et contra dia  
bolicos tueantur semper  
incurfus. **P. Con.** Domi  
ne memorabor iusticie tue so  
lius deus docuisti me a iuuen  
tute mea ⁊ usq; in senectam  
et senium deus ne derelinqs

**Mentes Post con.** me.  
nostras et corpora posside  
at. quesumus domine do  
ni celestis operatio ut n  
noster sensus in nobis.

sed iugiter eius pueniat  
effectus. **P. Dom. xvii.**  
Iustus es domine **officium.**  
et rectum iudicium tuum  
fac cum seruo tuo secundu  
misericordiam tuam. **V. Bti**  
inmaculati inuia qui ambu  
lant in lege domini. **Orō.**

**Q**ua nos domine qs  
gratia semp et pre  
ueniat et sequatur ac lo  
nis operibus iugiter ps  
tet ee intentos. **P. Leo**  
**e. b. p. a. ad Ephesios.**

**P**atres. **O**bscuro  
uos ego iunctus i  
domino ut digneambu  
letis uocatione qua uo  
cati estis. cum omni hu  
militate ⁊ mansuetudi  
ne. cum patientia suppo  
tes inuicem in caritate.

**S**olliciti seruate unitate  
spiritus. in uinculo pacis.  
Unum corpus et unus  
spiritus. sicut uocati estis  
in una spe uocationis uite.

**U**nius dominus una fi  
des. unum baptisma. **Un**  
deus et pater omnium.  
qui sup omnes et per om  
nia et in omnibus nob.

**Q**ui est benedictus i secu  
la seculorum amen. **R.**

**H**ecata gens cuius est do  
minus deus eorum populus  
quem elegit dominus in he  
reditatem sibi. **V. Verbo do**  
mini celi firmati sunt ⁊ spi  
ritu oris eius omnis uirtus  
eor.

**A**lla. **V. Paratum**



cor meum deus paratum cor

meum cantabo et psallam in

gloria mea. **Secundū lucā.**

**N**ullo tempore. **Q**um in

traret ih̄c in domum cui

dam principis phariseorū

sabbato manducare pa

nem. et ip̄i obseruabant

eum. Et ecce homo qui

dam ydropicus erat an

te illum. Et respondens

ih̄c. dixit ad legis peri

tos et phariseos. Si licet

sabbato curare. At illi

tauerunt. Ipse uero ap

prehensum sanauit eū.

ac dimisit. Et descendens ad

illos dixit. Cuius uestre

asinus aut uos. impute

um cadet. et non continu

o extrahet illum die sab

vati. Et non poterant

ad hec respondere illi. Di

cebat autem ad inuita

tos parabolam. intendēs

quom̄ primos a cubit

eligerent. dicens ad illos.

**C**um inuitatus fūs ad

nuptias. non discumbas

in primo loco. ne forte ho

noratioz te sit inuitatus

ab eo. et ueniens is qui te

et illum inuitauit dicat

tibi. da huic locum et tūc

incipias cum robore nouis

simum locum tenere. Sed

cum uocatus fueris. uade

et recumbe in nouissimo

loco. ut cum uenerit qui

te inuitauit dicat tibi.

**A**mice ascende superius.

tunc erit tibi gloria coram

simul discumbentibus. **Q**uia

omnis qui se exaltat hu

miabitur. et qui se hu

miat exaltabitur. **off.**

**O**raui deum meum ego da

niel dicens. exaudi domine

preces serui tui illumina fa

ciem tuam super ~~sup~~ sanctua

rium tuum et propicius in

tende populum istum sup que

inuocatum est nomen tuū d̄s.

**M**unda nos d̄ne **Secr.**



sacrificij presentis effecti.  
et perfice miseratus inob  
ut eius mereamur esse  
participes. **P. Con.** Noue  
te et reddite domino deo uro  
omnes qui in circuitu eius af  
fertis munera terribili et ei  
qui affert spiritum principum  
terribili apud omnes reges

**P**urifica **pe' con.** terre.  
domine quesumus men  
tes nostras benignis et re  
noua celestibus sacramen  
tis ut consequenter et  
corpm presens pariter  
et futurum capiamus  
auxilium: **P. feria iiii. In**  
**ieiunius quatuor tempor**

**E**xultate deo **officiu.**  
adiutori nostro iubi  
late deo iacob sumite psalm  
iocundum cum cythara cani  
te initio mensis tuba quia p  
ceptum in israel est et iudici  
um deo iacob. **V. H.** uicina  
te in neomenia tuba in insig  
ni die sollempnitatis uestre.

Gla p̄i. Oremus. **sine. Do**  
minus uobiscum. **Oratio.**

**M**isericordie tue q̄s  
domine reme  
dis fragilitas nra subsis  
tat ut que sua condicione  
latteritur tua clemencia re  
paretur. **P. lectio Amos**

**H**ec dicit dñs **phete.**  
deus. Ecce dies ue  
niunt et comprehendet  
arator messozem et calca  
tor uue mittentem semē.  
Et stillabunt montes dul  
cedinem. et omnes colles  
culti erunt. Et conuertam  
captiuitatem populi mei  
isrl. et edificabunt ciui  
tates desertas et habita  
bunt in eis. Et planta  
bunt uincas et bibent ui  
num earum. Et facient  
ortos. et comedent fruct  
eorum. Et plantabo eos  
sup humum suam. et n̄  
euellam eos ultra de fra  
sua quam dedi eis. **Dicit**



dominus omnipotens.

**R.** Beata gens cuius est dominus deus eorum ipsi quem elegit dominus inhereditatem sibi. **V.** Verbo do-

mini celi firmati sunt et spiritu eius omnis uirtus eorum.

**Dñs uobiscū. Oratio**

**P**esta quesumus domine familie

supplicanti: ut dum a cibis corporalibus se abstinent: auitis mente reuinent. **P. Eco. libri. Esdre.**

**A** diebus illis. **Congregatus** est omnis populus quasi uir unus ad plateam que est ante portam aquarum: et dixerunt esdre scribe ut afferret librum legis moysi quem precepit dominus israheli. **Attulit** ergo esdras sacerdos legem coram multitudine uirorum ac mulierum cunctisque qui poterant i-

telligere: in die prima mensis septimi. **Et legit** in eo aperte in platea que erat ante portam aquarum a mane usque ad mediam diem: in conspectu uirorum ac mulierum et sapientium. **Et aures** omnis populi erant erecte ad librum. **Stetit** autem esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum: et steterunt iuxta eum. **Et aperuit** esdras librum coram omni populo: et benedixit dño dō magno. **Et respondit** omnis ipse amen: eleuans manus suas. **Et incuruati** sunt et adorauerunt deum: pro in terram. **Porro** leuite silentium faciebant in populo: ad audiendam legem. **Populus** autem stabat in gradu suo. **Et legerunt** in libro legis dei distincte: et apte ad intelligendum.



Dixit autem neemias  
 et esdras et scriba. et leuite.  
 interpretantes inuerso  
 populo. Dies sanctificatus  
 est domino deo nostro: no-  
 lite lugere et nolite flere.  
**E**t dixit eis. Ite et comme-  
 dite pingua et bibite  
 mulsum: et mittite par-  
 tes eis qui non prepara-  
 uerunt sibi. quia sanctus  
 dies domini est. et nolite  
 contristari. Gaudium  
 enim domini est fortitu-  
 do nostra. **R.** Quis sicut do-  
 minus deus noster qui in  
 altis habitat et humilia  
 respicit in celo et in terra. **V.**

**S**uscitans a terra inopem  
 et destitorem erigens pauperem.  
 Nullo tem. **S. Martium.**  
**R**espondens unus detur-  
 ba dixit ad ihm. Magis-  
 ter attuli filium meum  
 ad te: hentem spiritum  
 mutum. Qui ubique  
 eum apprehenderit ali-

dit eum: et spumat et  
 et stridet dentibus et are-  
 cit. **E**t dixi discipulis tu-  
 is ut eicerent eum: et no-  
 potuerunt. Qui respon-  
 dens eis: dixit. O gene-  
 ratio incredula quam di-  
 u apud uos ero. quam  
 diu uos patiar. **A**fferre  
 illum ad me. **E**t attulerunt  
 eum. **E**t cum uidisset illu-  
 statim spiritus turbauit  
 eum. et elisus in terram  
 uolutabatur spumans.  
**E**t interrogauit patrem  
 eius. **Q**uantum tempus  
 est. ex quo hoc accidit ei?  
**A**t ille ait. Ab infantia.  
**E**t frequenter eum et in  
 ignem. et in aquas misit:  
 ut eum perderet. **S**ed si quid  
 potes adiuua nos: miser-  
 tus nostri. **I**hc autem ait  
 illi. **S**i potes credere. om-  
 nia possibilis sunt creden-  
 ti. **E**t continuo exclamans  
 pater pueri. cum lacrimis



aiebat. **C**redo domine: adiu-  
ua incredulitatem meam.  
Et cum uideret ihesus con-  
currentem turbam: conu-  
natus est spiritui immū-  
do dicens illi. Surde et mu-  
te spiritus: ego tibi preci-  
pio exi ab eo. et amplius  
ne introeas in eum. Et cla-  
mans et multum discer-  
pens eum exiit ab eo. Et  
factus est sicut mortuus:  
ita ut multi dicerent qui  
a mortuus est. Ihesus autē  
tenens manum eius: ele-  
uauit eum. Et surrexit.  
Et cum introisset in do-  
mum: discipuli eius secre-  
to interrogabant eum.  
Quare nos non potui-  
mus eicere eum. Et dix-  
it eis. Hoc genus in nul-  
lo potest exire nisi in oratione  
et ieiunio. **Off.** Medita-  
tor mandans tuus que dilexi  
ualde et leualo manus meas  
ad mandata tua que dilexi.

**H**ec hostia quesu **Secr.**  
mus domine emundet nra  
delicta et ad sacrificium  
celebrandum subditoꝝ ti-  
bi corpora mentesqꝫ sanc-  
tificet. **P. Con.** Comedite  
pingua et bibite mulsum  
et mittite partes eis qui non  
preparauerunt sibi sanctus  
enim dies domini est nolite  
contristari. gaudium etenim  
domini est fortitudo nra. **pr.**

**S**umentes domine **con.**  
dona celestia suppliciter de-  
precamur: ut que seculula  
seruitute donante te geri-  
mus: dignis sensibus tu-  
o munere capiamus. **P.**

**L**etetur **feria. vi. of.**  
co: querentium **fitu.**  
dominum querite dominum  
et confirmamini querite faci-  
em eius semper. **V. Confitei**  
ni domino et inuocate nome-  
eius annunciate inter gentes

**P**opera eius. **Gla p. orō.**  
resta quesumus



omnipotens deus: ut ob  
seruationes sacras animi  
a deuotione recolentes et  
corpore tibi placeamus et  
mente. **P. Lectio Osee.**

**Q**uod dicit **Prophete.**  
dominus deus. Con  
uertere israhel ad domi  
num deum tuum. quoni  
am corruisti in iniquitate  
tua. Tollite uobiscum u  
ba et conuertimini ad do  
minum. et dicite ei. Qui  
nem aufer iniquitatem  
et accipe bonum. et redde  
mus uittulos labiorum  
nostrorum. Assur non  
saluabit nos. super equos  
non ascendemus. nec di  
cemus ultra diuini opa  
manuum nostrarum.  
quia eius qui in te est  
misereberis populi. Sa  
nato contriciones eorum.  
diligam eos spontanee.  
quia a uisus est furor meus ab  
eis. Ego quasi ros. israhel gmina

bit quasi liliū. Et erūper tā  
dit ei ut lybani. ubi tāmi  
ei. Et erit quasi oliuā glā ei.  
et odor ei ut lybani. Con  
uertentur sedentes in uuib  
ei. uiuent tritico. et ger  
minabunt quasi uinea. Me  
morale ei. sic uinum lyba  
ni. Ego exaudia. et dirigā eū  
ego. ut abiete uiuente. Er  
ne fructus tuus iuente est.  
Quis sapiēs et intelliget is  
ta. intelligens et sciet hec.  
Quia recte uie dñi. et iust  
ti ambulabūt in eis. **R.**

Conuertere domine aliquan  
tulum et deprecare super ser  
uos tuos. **V.** Domine refu  
gium factus est nobis a gene  
ratione et progeme. **Secūdu**  
**illo tempore. Lucam.**  
**R**ogabat ihm quidam  
phariseus ut manduca  
ret cum illo. Et ingres  
sus domum pharisei.  
discubuit. Et ecce muli  
er que erat in ciuitate



peccatrix: ut cognouit quod  
ih̄e accubisset in domo  
pharisei. attulit alabastrū  
ungenti. et stans retro sec̄  
pedes eius. lacrimis cepit  
rigare pedes eius et capil  
lis capitis sui tergebat.  
Et osculabatur pedes eius:  
et ungento ungebat. Vi  
dens autem phariseus  
qui uideauerat eum: ait  
intra se dicens. Hic si es  
set propheta: sciret utiq; que  
et qualis est mulier que  
tangit eum quia pecca  
trix est. Et respondens  
ih̄e: dixit ad illum. Sy  
mon habeo tibi aliquid  
dicere. At ille ait. Magis  
ter dic. Duo debitores  
erant euidam feneratori.  
Unus debebat denarios  
quingentos: et alius qu  
quaginta. Non habenti  
bus illis unde redderent:  
donauit utrisq;. Quis er  
go eorum plus diligit?

Respondens symon dixit.  
Estimo quia is cui plus  
donauit. At ille dixit ei.  
Recte iudicasti. Et conu  
sus ad mulierem: dixit sy  
moni. Vides hanc mulie  
rem? Intraui in domum  
tuam: aquam pedibus  
meis non dedisti. hec au  
tem lacrimis rigauit pe  
des meos. et capillis suis  
tersit. Osculum michi nō  
dedisti: hec autem ex quo  
intrauit non cessauit os  
culari pedes meos. Oleo  
caput meum non unxit  
ti: hec autem ungento  
unxit pedes meos. Propt̄  
quod dico tibi. Remittū  
tur ei peccata multa: quo  
niam dilexit multum.  
Cui autem minus dimit  
tatur: minus diligit. Dixit  
autem ad illam. Remit  
tuntur tibi peccata. Et  
cepunt qui simul accum  
bebant: dicere intra se



Quis est hic qui etiam p  
cata dimittit. Dixit aut  
ad mulierem. Fides tua te  
saluam fecit. uade in pace.

**Off.** Benedic anima mea  
domino et noli obliuisci omnes  
retributiones eius ⁊ renouabit  
sicut aquile iuuentus tua. **Sec.**

**A**cepta tibi domine  
sunt quesumus nostri do  
na ieiunij que expiando  
nos tua gratia dignos  
efficiant. et ad semper  
na promissa perducat.

**Con.** Aufer a me obpro  
brium et contemptum quia  
mandata tua exquisiui domi  
ne nam et testimonia tua me  
ditatio meditatio mea est. **Ps.**

**Q**uesumus omni con  
potens deus. ut deprec  
tis muneribus gras ex  
hilentis beneficia potio  
ra sumamus. **P. In Sab**

**V**enite **vaco officij**  
adoremus deum et  
procidamus ante do

minum ploremus ante eum  
qui fecit nos quia ipse est dñs  
deus nr. **V.** Venite exultem  
domino iubilemus deo saluta  
ri nro. **Gla p.** **Quinq; oro**  
**nes sequentes sn** Domi  
nus uobiscum. **dicat. sed**  
**tm dicat. Oremus. Oro.**

**O**mnipotens sempi  
terne ds. qui per co  
tinentiam salutarem ⁊  
corpibus mederis ⁊ menti  
bus. maiestatem tuam  
supplices exoramus. ut  
pia ieiunantium depre  
catione placatus et pre  
sencia nobis subsidia ~~no~~  
~~bis subsidia~~ prebras et  
futura. **P. Eco libri Le**  
**si diebus illis. iutici.**  
Locutus est dominus  
ad moysen dicens. Deci  
mo die mensis huius sep  
timi dies expiationum  
erit celeberrimus ⁊ uoca  
bitur sanctus. Afflige  
tisq; animas uestras ieo.



et offeretis holocaustum  
domino. **O**mne opus nō  
facietis in tempore diei hu  
ius quia dies p̄tiationis  
est. ut p̄tietur vobis do  
minus deus uester. **O**nīs  
anima que afflicta non fu  
erit die hoc. peribit de po  
pulis suis. Et que opis  
quipiam fecerit. delebo  
eam de populo suo. **N**ichil  
ergo opis facietis in eo. **L**e  
gittimum sempiternum  
erit vobis. in cunctis ge  
nerationibus et habita  
tionibus v̄ris. **S**abbatū  
requietionis est. afflige  
tis animas v̄ras. **D**ie  
nono mensis: auespera  
usq; ad vesperum. celebra  
bitis sabbata uestra. **D**i  
cit dominus omnipotēs.

**R.** Propicius esto domine  
peccatis nostris nequando di  
cant gentes ubi est deus eorū.

**V.** Adiuua nos deus saluta  
ris n̄r et p̄pter honorem no

minis tui domine libera nos.

**D**ā nobis **Oratio.**

**D**quesumus omnīp̄  
teus. ut ieiunando tua gra  
tia faciemur. et abstinē  
do cunctis efficiamur hos  
tibus fortiores. **P. Seco lib'**

**Ad diebus illis. Leuitici.**

**L**ocutus est dominus ad  
moysen dicens. **A** quinto  
decimo die mensis septimi  
quando congregaueritis  
omnes fructus terre v̄re.  
celebrabitis ferias dñi  
septem diebus. **D**ie pri  
mo et die octavo erit sab  
batum. id est requies. **S**u  
metisq; vobis die primo  
fructus arboris pulcher  
rime. spatulasq; palmarū  
et ramos ligni densarū  
frondium. et salices de tor  
rente. et letabimini corā  
domino deo v̄ro. celebra  
bitisq; sollempnitatem  
eius septem dieb; p̄ annū.  
**L**egittimum sempiternum



erit in cunctis generationibus uestris. Mense septimo festa celebrabitur: et habitabit in umbraculis septem diebus. Omnis qui de genere israhel est. manebit in tabernaculis ut discant posteri uestri. quod in tabernaculis habitare fecerim filios israhel. cum eduцерem eos de terra egypti. Ego dominus deus uester. **R.** Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. **V.** Domine deus uirtutum exaudi preces seruorum tuorum. **Oratio.**

**Q**uere quesumus domine familiam tuam. ut salutis eterne remedia que te aspiciente requirimus te largiente consequamur. **P. Leo My.**

**D**omine **chee. pphete.** deus noster pascere populum tuum in uirgata tua gregem hereditatis

tue. habitantes solos in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes et confundentur. super omnem fortitudine sua. Quoniam quis deus similis tui qui auferens iniquitatem et transfers peccatum reliquarum hereditatis tue.

Non imittet ultra furorem suum. quoniam uolens misericordiam est. Reuertetur et miserebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras. et precipiet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis ueritatem iacob inuam abraham. que iurasti patribus nostris a diebus antiquis domine deus noster. **R.** Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. **V.**

Elevatio manuum mearum sacrificium uespertinum. **Oratio.**

**P**resta quesumus domine



sic nos ab epulis abstinere  
carnalibus. ut amicus  
irruentibus pariter ie  
iuinemus. **P. Eco Zacha**  
**ri** diebus illis. **re pph**  
factum est uerbum **te**  
domini ad me dicens.  
Hec dicit dominus ds.  
exercituum. Sicut cogita  
ui ut affligerem uos  
cum ad iracundiam pro  
uocassent me patres ur  
i et non sum misertus.  
sic conuersus cogitavi i  
diebus istis ut benefa  
ciam ierusalem. et domui  
i iuda. Nolite timere.  
Hec sunt ergo uerba que  
facietis. Loquimini ue  
ritatem. unusquisque cu  
proximo suo. Veritate  
et iudicium pacis iudi  
cate in portis uestris et  
unusquisque malum con  
tra amicum suum ne  
cogitetis in cordibus uest  
ris. et iuramentum iura

clax ne diligatis. Omnia  
enim hec sunt que odit.  
dicit dominus. Et factum e  
uerbum domini exercitu  
um ad me dicens. Hec di  
cit dominus exercituum.  
Ieiunium quarti et ieu  
nium quinti. et ieiunium  
septimi. et ieiunium decimi.  
erit domui iude in gau  
dium et leticiam et in sol  
lemnitates preclaras.  
Veritatem et pacem diligi  
te. Dicit dominus omni  
potens. **R.** Conuertere  
domine aliquantulum et de  
precare super seruos tuos. **V.**  
Domine refugium factus  
es nobis a generatione et pro  
genie. **Oratio.** **V**t nos  
domine tribus sollemp  
ne tibi deferre ieiunium  
sic nobis quesumus in  
dulgentie presta subsidi  
um. **P. Eco. Daniel. pph.**  
In diebus illis. Angelus  
domini descendit cum a



zaria et focus eius in for  
nacem. et excussit flamma  
ignis de fornace et fecit  
medium fornacis quasi  
uentum uoris flantem.  
Flamma autem diffusa  
est sup fornacem cubitis  
quadraginta nouem. et  
incendit quos reperit iur  
ta fornacem de chaldeis mi  
nistros regis qui eam in  
cendebant. Illos autem  
omnino non tetigit ig  
nis neq; contristauit nec  
quicquam molestie intu  
lit. Tunc hy tres quasi  
ex uno ore laudabant  
et glorificabant. et benedi  
cebant deum in fornace di  
centes. *Ymn' tu' pueror'.*

**B**enedictus es domine  
deus patrum nostror'.  
Et laudabilis et gloriosus in  
secula. *v.* Et benedictum no  
men glorie tue quod e' scm'.  
*v.* Et laudabile et gloriosu'  
i' secula. *v.* Benedictus es in

templo sancto glorie tue. *v.* Et  
laudabilis et gloriosus i' secla'.  
*v.* Benedictus es super thro  
num sanctum regni tui. *v.*  
Et laudabilis et gloriosus  
in secula. *v.* Benedictus es  
sup sceptrum diuinitatis tue  
*v.* Et laudabilis et glorio  
sus in secula. *v.* Benedictus  
es qui ambulas sup pennas  
uentor'. *v.* Et laudabilis et  
gloriosus in secula. *v.* Bene  
dictus es qui sedes sup cheru  
byn intuens abyssos. *v.* Et lau  
dabilis et gloriosus in secla'.  
*v.* Benedicant te omnes an  
geli et sancti tui. *v.* Lauda  
bilem et gloriosum in secula. *v.*  
Benedicant te celi terra ma  
re et omnia que meis sunt.  
*v.* Laudabilem et gloriosum  
in secula. *v.* Gloria patri et  
filio et spiritui sancto. *v.* Lau  
dabili et glorioso in secula. *v.*  
Sicut erat in principio et  
nunc et semper et in secula se  
culor' amen. *v.* Et laus et



honor et potestas et imperium  
Benedictus es domine deus  
patrum nostrorum. **D**ñs

**D**eus **oratio.** uobiscum.  
qui tribus pueris  
mitigasti flammam ig  
nium concede propitius  
ut nos famulos tuos  
non exurat flamma ui  
torum. **P. ad hebreos.**

**R**atres. Taber  
naculum factum  
est primum. in quo erant  
candelabra et mensa et  
propositio panum. que  
dicitur sancta. Post ue  
lamentum autem secun  
dum tabernaculum. quod  
dicitur sancta sanctorum  
aureum habens thuri  
bulum. et archam testa  
menti. circumtectam ex  
omni parte auro. in qua erat  
urna aurea. habens man  
na et uirga aaron. que  
fronduerat et tabule tes  
tamenti. super que erant

cherubyn glorie obumbrati  
tia propitiatorium: de quibus  
non est modo dicendum  
per singula. Huius uero ita  
compositis. in priori qui  
dem tabernaculo semper inci  
bant sacerdotes sacrificiorum  
officia consummantes.

In secundo autem semel  
in anno solus pontifex.  
non sine sanguine quem  
offerret pro sua et populi ig  
norantia. hoc significan  
te spiritu sancto. non dum  
propalatum esse. sanctorum  
uiam adhuc priori taber  
naculo habente statum.  
Que parabola est tempo  
ris instantis. iuxta quam  
munera et hostie offerun  
tur. que non possunt iux  
conscientiam perfectum fa  
cere seruientem. solummo  
do in cibis et in potibus. et  
uariis baptismatibus. et ius  
ticijs carnis usque ad tempus  
correctionis impositis. **Christe**



autem assistens pontifex  
 futuroꝝ bonoꝝum. peram-  
 plius et pfectius taberna-  
 culum non manu factū.  
 idest non huius creatiois.  
 neqꝫ p sanguinem hircō-  
 rum aut vituloz. sꝫ p pro-  
 priū sanguine inuenit se-  
 mel in sancta. eterna re-  
 demptione inuenta. **TR.**

**L**audate dominum omnes  
 gentes et collaudate eum om̄s  
 ipsi. **V.** Quoniam confirma-  
 ta est sup nos misericordia ei  
 et ueritas domini manet ieter-  
 num.

**Secundum Lucam.**

**N**ullo t̄. Dicebat ihc t̄  
 bis similitudinem hanc.  
 Arborem ficā habuit qui-  
 dam plantatam in uinea  
 sua. et uenit querens  
 fructum in illa et non in-  
 uenit. Dixit autem ad  
 cultorem uinee. Ecce an-  
 ni tres sunt ex quo uenio  
 querens fructum in ficul-  
 nea hac. et non inuenio.

**S**uccide ergo illam. **U**t  
 quid etiam terram occu-  
 pat. **A**t ille respondens  
 dixit illi. Domine dimitte  
 illam et hoc anno. us-  
 qꝫ dum fodiam circa illā  
 et mittam stercorea. **E**t  
 siquidem fecerit fructū.  
 sin autem infuturū suc-  
 cides illam. **E**rat autem  
 docens in synagoga eorū  
 sabbatis. **E**t ecce muli-  
 er que habebat spiritum  
 infirmitatis annis decē  
 et octo. et erat inclinata  
 nec omnino poterat sur-  
 sum respicere. **Q**uam cū  
 uidisset ihc. uocauit ad se  
 et ait illi. Mulier dimis-  
 sa es ab infirmitate tu-  
 a. **E**t imposuit illi ma-  
 nus. et confestim erecta  
 est et glorificabat deū.  
**R**idens autem archisy-  
 nagogus indignans qꝫ  
 sabbato curasset ihc. di-  
 cebat turbe. **S**ex dies sūt.



in quibus oportet opera  
ri. In his ergo uenite  
et curamini. et non in  
die sabbati. Respondit  
autem ad illum dominus. et  
dixit. Vpochyrite. inuisq[ue]  
q[ue] uestrum sabbato no[n]  
soluit bouem suum aut  
asinum a presepio. et du  
cit ad aquam. Hanc au  
tem filiam abrahe q[ui]m  
alligauerat sathanas  
ecce decem et octo annis.  
non oportuit solui au[n]  
culo isto die sabbati.  
Et cum hec diceret. eru  
lescebant omnes aduer  
sarij eius. Et omnis po  
pulus gaudebat in unu[m]  
uersis que gloriose fie  
bant ab eo. **Off.** Domi  
ne deus salutis mee in die  
clamavi et nocte coram te  
intret oratio mea in conspec  
tu tuo domine. **Secret**

**Q**oncede quesumus  
omnipotens deus ut o.

culis tue maiestatis mun  
oblatum. et gratiam nob  
deuotionis obtineat et ef  
fectum beate p[er]seuerantis  
acquirit. **P. Con. Mens**  
septimo festa celebrabitur cum  
in tabernaculis habitare fecim  
filios israel cum educerem eos  
de terra egypti ego dominus ds

**P**erficiant in **pr co.** uir  
nobis quesumus domine.  
tua sacramenta quod co  
tinent. ut que nunc speci  
e gerimus rerum ueri  
tate capiamus. **P. Do**

**D**apa **minuta. xviii.**  
cem domine **officium.**  
sustinentib[us] te ut prophe tu  
fideles inueniantur exaudi p[ro]ces  
serui tui et plebis tue israel. **V**  
Letatus sum in his que dicta  
sunt michi in domum domini  
ibimus. **Gloria patri. orō.**

**D**ad quesumus do  
mine populo tuo  
diabolica uitare contagia.  
et te solum deum pu

den



ra mente sectari. **P. Ad fratres Corinthios.**

**G**ratias ago deo meo semp pro uobis. in gratia dei que data est uobis in xpo ihu. quia in omnibus diuites facti estis in illo. in omni uerbo et in omni sciencia. sic testimoniu xpi confirma tum est in uobis. ita ut nichil desit uobis in ulla gratia. expectantibus re uelationem domini nri ihu xpi. Qui et confir mabit uos usq; in finem sine crimine. in die ad uentus domini nri ihu xpi. **R.** Letatus sum in hys que dicta sunt michi in domum domini ibimus. **V.**

**F**iat pax in uirtute tua et ha bundancia in turribus tuis.

**A**lla. **V.** Qui timent domi num sperent in eum adiutor et protector eoz est **Secclm Nullo f. Phari Mathm.**

sei audientes quod ihc si lencium imposuisset sacdu cets. conuenerunt iunū Et interrogauit eū un' ex cis legis doctor. temptans eum. **M**agister. quod est mandatum magnum in lege. **A**it illi ihc. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. et in tota me te tua. **H**oc est maximū et primū mandatum. **S**ecundum autē simile est huic. Diliges primū tuum. sicut te ipm. **I**n hys duobus mandatis. uniuersa lex pendet p pphc. **C**ongregatis autem pha risis. interrogauit eos ihc dicens. **Q**uid uobis uidetur de xpo cuius fili' est. **D**icunt ei. **D**auid. **A**it illis. **Q**uomodo ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens. dixit dominus domino



in eo sede adextis meis. do  
net ponam inimicos tuos.  
scabellum pedum tuorum.

**S**i ergo dauid uocat eum  
dominum. quomodo fili  
us est. Et nemo poterat  
respondere ei uerbum. ne  
q̄ ausus fuit quisquam  
ex illa die eum amplius  
interrogare. **Off.** Sanctifi

cavit moyses altare domino  
offerens sup illud holocaustū  
et immolans uictimas fecit  
sacrificium uespertinum inodo  
rem suauitatis. domino deo  
in conspectu filiorum israhel.

**M**aiestatem tuā **Secr.**  
domine suppliciter depre  
cannur ut hec sancta que  
gerimus ⁊ a preteritis  
delictis nos exuant et  
futuris. **P. Con.** Tolle  
te hostias et introite in a  
eius adorate dominum in au  
la sancta eius. **Post con.**

**S**anctificationibus  
tuis omnipotens deus.

et uicia nostra curentur.  
et remedia nobis sempit  
ua proueniant. **P. Do**

**minica. xix. officiu.**

**S**alus populi ego sum  
dicit dominus de quacumq̄ tri  
bulatione clamauerint ad me  
exaudiam eos et ero illorum  
dominus imperpetuum. **V.**

**A**dcendite popule meus lege  
meam inclinate aurem ues  
tram in uerba oris mei. **Oro**

**D**irigat corda nr̄a.  
quesumus domi  
ne tue miserationis ope  
ratio. quia tibi sine te  
placere non possum. **P.**

**Res. ad ephesios.**

**R**enouamini spi  
ritu mentis ure. et indui  
mini nouum homine.  
qui secundum deum cre  
atus est in iusticia ⁊ sci  
tate ueritatis. **P**pter qd̄  
deponentes mendacium  
loquimini ueritate unus  
quisq̄ cum pximo suo.



quoniam sumus inuice  
 membra. **N**on trahimini. et no  
 lite peccare. Sol non occi  
 dat sup iracundiam uest  
 ram. Nolite locum dare  
 diabolo. Qui firabatur  
 iam non firetur. Magis  
 autem labore operando  
 manibus suis quod bonu  
 est. ut habeat unde tribu  
 at. necessitatem patienti.

**R.** Dirigatur oratio mea  
 sicut incensum in conspectu tuo  
 domine. **V.** Elevatione manu  
 um mearum sacrificium uesty  
 tinum. **A**lla. **V.** Dexte

ra domini fecit uirtutem dex  
 tera domini exaltauit me.  
**N**illo f. **Secundū Math.**  
 Ascendens ihc in nauicu  
 lam. transiit et ue  
 nit in ciuitatem suam. Et  
 ecce offerebant ei parali  
 ticum. iacentem in lecto.  
 Et uidens ihc fidem illoz.  
 dixit paralitico. Confide  
 fili. remittuntur tibi pec

cata tua. Et ecce quidam  
 describis. dixerunt intra  
 se. Hic blasphemat. Et  
 cum uidisset ihc cogitati  
 ones eoz. dixit eis. Ut qd  
 cogitatis mala in cordibus  
 uestris. Quid est facilius  
 dicere. dimittuntur tibi  
 peccata. an dicere surge et  
 ambula. Ut sciatis au  
 tem quoniam filius ho  
 minis. habet potestatem  
 in terra dimittendi pecca  
 ta. tunc ait paralitico.  
 Surge tolle lectu tuu. et  
 uade in domu tua. Et sic  
 et abiit in domu sua. Vi  
 dentes aut turbe time  
 runt deum. qui dedit po  
 testatem talem hominibz.  
**S**i ambulauero in me **Off.**  
 dio tribulationis uiuificabis  
 me domine et sup iram ini  
 micoz meoz extends manu  
 tuam et saluum me fecit dex  
 tera tua. **Secr.** **D**eus  
 qui nos p huius sacrificij





veneranda commercia  
vniuersi summeque diuini-  
tatis participes efficiis. p̄a  
quesumus ut sicut tuā  
cognoscimus ueritatem  
sic eam dignis mentibus  
et moribus assequamur.

Tu mandasti man **Con. P.**  
data tua custodiri iuris uti-  
nam dirigantur iue mee ad  
custodiendas iustificationes

**G**ratias **Post cō.** tuas  
tibi referimus domine  
sacro munere uegatati  
tuam misericordiam de-  
precantes. ut dignos nos  
eius participatione per-  
ficias. **P. Dominica. xx.**

**O**mnia que **officium.**  
fecisti nobis domi-  
ne in uero iudicio fecisti quia  
peccauimus tibi et manda-  
tis tuis non obediimus  
sed da gloriam nomini tuo  
et fac nobiscum secundum  
multitudinem misericordie  
tue. **V. Beati immaculati i**

uia quia ambulant in lege do-  
mini. **Gla p̄a. Oratio.**

**O**m̄p̄e et misericors d̄s  
uniuersa nob̄ ad iusan-  
tia propitiatus exclude.  
ut mente et corpore pari-  
ter expediti que tua sunt  
liberis mentibus exequa-  
mur. **P. Ad Ephesios.**

**F**ratres. Videte  
quomodo caute am-  
buletis. non quasi insipi-  
entes sed ut sapientes. Re-  
dimentes tempus. quo-  
niam dies mali sunt. Pro-  
pterea nolite fieri impruden-  
tes. sed intelligentes. que-  
rit uoluntas dei. Et nolite  
inebriari uino in quo  
est luxuria. sed implea-  
mini spiritu sancto lo-  
quentes uobismetipsis  
in psalmis et ymnis et can-  
ticis spiritualibus cantan-  
tes et psallentes. in cordi-  
bus uestris domino. Gra-  
tias agentes seip̄ pro om̄i



nibus in nomine domini nostri ihu xpi do et pat.

Subiecti inuicem in timore xpi. **R.** Oculi omni

um in te sperant domine et tu das illis escam in tempore oportuno.

**V.** Aperis tu manum tuam et implebis omne animal benedictione.

**A.** Illa **V.** Qui confidunt in dno sicut mons syon non commovebitur in eternum qui habitat in ierusalem.

**Sedm Ma**

**N**ullo tempore **theum.**

Dicebat ihc turbis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo.

Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias et nolebant uenire.

Itz misit alios seruos dices. **Vicite inuitatis.** Ecce pndum meum parauit.

**Thauri mei et alalia cetera et omnia parata ue**

nite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abi

erunt alius in uillam suam. alius uero ad negotiationem suam.

Reliqui uo tenuerunt seruos eius et contumelia affectos ceciderunt. Rex autem cum audisset uatus est. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uia et quoscumqz inuenitis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias congregauerunt omnes quos inuenierunt bonos et malos. Et implete sunt nuptie discubentium. Intrauit aut rex ut uideret discubentes. Et uidit ibi ho

214

214

214

214

214

214

214

214

214

214

214

214

214

214



minem non uestigium ueste  
nuptiali. Et ait illi.  
**A**mice quomodo huc in  
trasti non habens ueste  
nuptialem? At ille ob  
mutuit. Tunc dixit rex  
ministris. Ligatis mani  
bus et pedibus mittite e  
um in tenebras exterio  
res. Ibi erit fletus et stri  
dor dencium. Multi enim  
sunt uocati. pauci uero  
electi. **off.** Super flumina  
babilonis illic sedimus et  
fleuimus dum recordarem  
**H**ec mihi **Secr.** tui syon.  
nera quesumus domi  
ne que oculis tue ma  
iestatis offerimus. sa  
lutaria nobis esse concede.  
**P do. Con.** Memoro  
uerbi tui seruo tuo domine  
in quo michi spem dedisti  
hec me consolata est in hu  
militate mea. **Post con.**  
**G**ua nos domine me  
dicinalis operatio myf:

teru et a nostris puerfita  
tibus clementer expediat  
et tuis faciat semper in  
herere mandatis. **P do.**

**S**uolu **Diuica xxi. offm.**  
tate tua domine uniuersa sunt  
posita et non est qui possit re  
sistere uoluntati tue tu enim  
fecisti omnia celum et terram  
et uniuersa que celi ambitu  
continentur. dominus uniu  
sorum tu es. **V** Beati inma  
culati in uia qui ambulant i  
lege domini. **Gla p̄i. Oratio.**

**A**rgere quesumus  
domine fidelibus  
tuis indulgentiam pla  
catus et pacem. ut parit  
ab omnibus mundentur  
offensis et secura tibi me  
te deseruiant. **P Eco. Ad**

**Ratres. Ephesios.**  
**C**onfortamini in  
domino. et in potentia  
uirtutis eius. Induite  
uos armaturam dei. ut  
possitis stare aduersus



insidias diaboli. Quoniam  
 non est nobis colluctatio aduersus  
 carnem et sanguinem. sed  
 aduersus principes et po-  
 testates. aduersus mun-  
 di rectores tenebrarum  
 harum. contra spiritalia  
 nequicia in celestibus. Pro-  
 pterea accipite armaturam  
 dei. ut possitis resistere indi-  
 e malo. et in omnibus per-  
 fecti stare. State ergo suc-  
 cincti lumbos uestros in  
 ueritate. et induiti loriceam  
 iusticie. et calciati pedes  
 in preparationem euuan-  
 geliu pacis. In omnibus su-  
 mentes scutum fidei. in quo  
 possitis omnia tela ne-  
 quissimi ignea extingue-  
 re. Et galeam salutis as-  
 sumite. et gladium spiri-  
 tus quod est uerbum dei.

**R.** Domine refugium  
 factus es nobis a generatione  
 et progeme. **V.** Prius quam  
 montes fierent aut formaretur

terra et orbis a seculo et in  
 seculum tu es. deus. **A.**

**V.** De profundis clamaui

ad te domine domine exau-  
 di uocem meam. **Secundum**

**Hillo tem. Johannem.**

Erat quidam regulus.  
 cuius filius infirmaba-  
 tur capharnaum. Hic  
 cum audisset quia ihesus  
 adueniret a galilea iu-  
 deam. abiit ad eum et  
 rogabat eum. ut descen-  
 deret. et sanaret filium  
 eius. Incipiebat enim  
 mori. Dixit ergo ihesus  
 ad eum. Nisi signa et pro-  
 digia uideritis. non cre-  
 ditis. Dixit ad eum re-  
 gulus. Domine. descen-  
 de priusquam moriatur  
 filius meus. Dixit ei  
 ihesus. Vade. filius tuus  
 uiuit. Credidit homo  
 sermoui quem dixit ei  
 ihesus. et ibat. Nam autem  
 eo descendentem. serui oc-



currerunt ei. et nuncia  
uerunt dicentes. quia  
filius eius uiuere. In  
terrogabat autem hora  
abeis. in qua melius ha  
buerat. Et dixerunt ei.  
Quia heri hora septima  
reliquit eum febris. Cog  
nouit ergo pater quia il  
la hora erat. in qua dix  
it ei ihc filius tuus ui  
uit. Et credidit ipse. et  
domus eius tota. **Offert.**  
Hic erat iuxta nomen iob  
simplex et rectus ac timens  
deum quem sathan peccat  
ut temptaret et data est ei  
potestas a domino in faculta  
te et in carne eius perdiditque  
omnem substantiam ipsius  
et filios carnem quoque eius  
gravi ulcere uulnerauit.  
**O**lestem nobis **Secr.**  
prebeant hec misteria  
quesumus domine me  
dicinam. et uicia nostri  
cordis expurgent. **P. Co.**

In saluti tuo anima mea et  
in uerbum tuum speraui qua  
do facies de persequentibus  
me iudicium iniqui persecu  
ti sunt me adiuua me domi  
ne deus meus. **Post con.**

**V**t sacris domine red  
damur digni muneribus  
fac nos quesumus tuis  
semper obediunt mandatis.

**P. do. Dominica. xxi**

**S**iniquitates **offi.**

obseruaueris domi  
ne domine quis sus  
tinebit quia apud te propicia  
tio est deus israhel. **V. De**  
profundis clamaui ad te do  
mine domine exaudi uocem  
meam. **Gloria pñ. Or.**

**A**miliam tuam  
quesumus domi  
ne continua pietate cul  
todi. ut a cunctis aduer  
sitatibus te protegente  
sit libera. et in bonis ope  
ribus tuo nomini sit  
deuota. **P. ad philippens.**



**P**atres. Confidimus  
in domino ihu. quia  
qui cepit in uobis opus  
bonum. perficiet usque in diem  
xpi ihu. Sicut est michi  
iustum hoc sentire pro om-  
nibus uobis. eo quod ha-  
beam uos in corde et in uin-  
culis meis. et in defensione  
et confirmatione ewa-  
gelii. socios gaudii mei  
omnes uos esse. Testis enim  
michi est deus. quomodo  
cupiam uos omnes in  
uisceribus ihu xpi. Et hoc  
oro ut caritas uestra ma-  
gis ac magis habundet.  
in scientia et in omni sen-  
su. ut probetis priora ut  
sitis sinceres et sine offen-  
sa in diem xpi. Repleti  
fructu iusticie. per ihesum  
xpm. in gloriam et laudem  
dei. **R.** Ecce quam bonum  
et quam iocundum habitare  
fratres in unum. **V.** Sicut un-  
gentum in capite quod descen-

dit in barbam barbam aaro.  
**Acta. v.** Qui sanat contri-  
tos corde et alligat contricio-  
nes eorum. **Secundum**  
**Nullo ten. Matheus.**  
Dixit ihc discipulis  
suis. Simile est regnum  
celorum homini regi.  
qui uoluit rationem po-  
nere cum seruis suis.  
Et cum cepisset ratio-  
nem ponere. oblatum  
est ei unus qui debebat  
decem milia talenta. Cum  
autem non haberet unde  
redderet. iussit eum do-  
minus uenundari. et  
uxorem eius et filios.  
et omnia que habebat  
et reddi. Precidens au-  
tem seruus ille. rogabat  
eum dicens. Pacienti-  
am habere uime. et omnia  
reddam tibi. ~~Ile autem~~  
~~nolet.~~ Misertus autem  
dominus serui illius di-  
misit eum. et debitum



dimisit ei. Egressus au-  
tem seruus ille. inuenit  
unum de conseruis suis  
qui debebat ei centum de-  
narios. Et tenens suffo-  
cabat eum. dicens. Red-  
de quod debes. Et precidens  
conseruus eius. rogabat  
eum dicens. Patientiã  
habe in me. et omnia  
reddam tibi. Ille autẽ  
noluit. sed abiit et mi-  
sit eum in carcerem donec  
redderet debitum. Uiden-  
tes autem conserui ei  
que fiebant. contrista-  
ti sunt ualde. Et uene-  
runt et narrauerunt  
domino suo. omnia que  
facta fuerant. Tunc uo-  
cauit illum dominus  
suis. et ait illi. Serue  
nequam. omne debitũ  
dimisi tibi. quoniam  
rogasti me. Nonne ergo  
oportuit et te misereri  
conserui tui. sicut et ego

tui misertus sum. Et  
iratus dominus eius.  
tradidit eum tortoribus  
quo ad usque redderet uni-  
uersum debitum. Sic et  
pater meus celestis faciet  
uobis. si non remiseritis  
unusquisque fratri suo de  
cordibus uestris. **Off.**

**R**ecordare mei domine om-  
nipotentati dominans da  
sermonem rectum uos meũ  
ut placeant uerba mea in con-  
spectu principis. **Secreti.**

**S**uscipe domine piti-  
hostias quibus et te pla-  
cari uoluisti et nobis salu-  
tem potenti pietate resti-  
tui. **P. Cõ.** Dico uobis  
gaudium est angelis dei su-  
per uno peccatore penitentiã  
agente. **Post Cõmunionẽ.**

**A**mortalitatis alimõni-  
am consecuti. quesumus  
domine ut quod ore per-  
cepimus mente sectemur.  
**P. Domnica. xxiii. offiũ.**



**D**icit dominus ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis inuocabitis me et ego exaudiam uos et reducam captiuitatem uestram de cunctis locis. **V. Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem iacob. Gl. p.**

**D**eus refugium **Orō.** nostrum et uirtus adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur. **P. Ad phyl.**

**Racres. Impenses.** Imitatores mei estote et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam uobis nunc autem et flens dico inimicos crucis xpi quorum finis interitus quorum deus uenter est.

et gloria inconfusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostri autem conuersatio in celis est. Unde etiam saluatorem exspectamus dominum nostrum ihu xpm qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue secundum operationem qua posuit etiam subicere sibi omnia. Itaque fratres mei karissimi et desiderantissimi gaudium meum et corona mea sic stete in domino kmi. Euchodiam rogo et sinticem deprecor id ipsum sapere in domino. Etiam rogo et te germane compar adiuua illos qui mecum laborauerunt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum



nomina sunt in libro ui  
te. **R.** Liberasti nos domine  
ex affligentibus nos et eos qui  
nos oderunt confudisti. **V.**  
**I**n deo laudabimur tota die  
et nomini tuo confitebimur  
in secula. **A.** **Alia.** **V.** Qui  
posuit fines tuos pacem et  
ad ipe frumenti faciet te. **Se.**  
**N**ullo t. **audu Macheu.**  
**A**leximtes pharisei. con  
siliu inierunt ut ca  
perent ihesum in sermo  
ne. Et mittunt ei disci  
pulos suos cum hero  
dianis. dicentes. Magi  
scimus quia uerax es.  
et uiam dei in ueritate  
doces. et non est tibi cu  
ra de aliquo. Non enim  
respicias personam homi  
num. Dic ergo nobis.  
Quid tibi uidetur. Licet  
censum dari cesari  
annon. Cognita aute  
ihc nequitia eorum ait.  
Quid me temptatis

ypochrite. **O**stendite mi  
hi nummismata census.  
**A**t illi obtulerunt ei de  
narium. Et ait illi ihc.  
**C**uius est ymago hec et  
supscriptio. **D**icunt ei.  
**C**esaris. **T**unc ait illis.  
**R**edдите ergo que sunt  
cesaris cesari. et que sunt  
dei deo. **Off.** De profundis  
clamaui ad te domine domi  
ne exaudi orationem mea.  
**S**acris nos do **Secr.**  
mine quesumus seruitus  
fac uidentes. et ut sine  
illa tibi offensionis ma  
cula famulem. quales  
esse precipis ipse nos per  
fice. **Con.** Amen dico uob  
quicquid orantes petitis cre  
ditis quia accipietis et fiet uo  
**S**umpsimus p. co. bis.  
domine sacri dona miste  
ri. humiliter deprecari  
tes ut que in tui comme  
moratione nos facere p  
cepisti inire proficiant



infirmi-  
tatis auxilium. **P.**  
Qui uiuis. **Diſca. xxiiij.**

**D**icit dominus **officiū.**  
ego cogito cogitatio-  
nes pacis et non afflictiones  
inuocabitis me et ego exaudi-  
am uos et reducam captiui-  
tatem ueſtram de cunctis locis.

**V.** Benedixisti domine terram  
tuam auertisti captiuitatem  
iacob. **Gla p̄i. Oratio.**

**A**bsolue queſumus  
domine tuorum  
delicta populorum. ut  
a peccatorum nostrorum  
nexibus que pro nostra  
fragilitate contraximus  
tua leniguitate liberemur.

**P do. ad Colosenses.**

**M**atres. Non cessa-  
mus pro uobis o-  
rantes et postulantes ut  
impleamini in magnitudo-  
ne uoluntatis dei. in om-  
ni sapientia et intellec-  
tu spiritali. ut ambule-  
tis digne deo per omnia

placentes. In omni ope-  
re bono fructificantes  
et crescentes in scientia  
dei. In omni uirtute con-  
fortati. secundum pote-  
ntiam claritatis eius.  
In omni patientia et  
longanimitate cum  
gaudio. In xpo ihu do-  
mino nro. **R.** Liberasti  
nos domine ex afflictionibus  
nos. eos qui nos oderunt  
~~oderunt~~ confundisti. **V.** Inde  
o laudabimur tota die et

nomini tuo confitebimur  
in secula. **Alia. V.** Qui  
posuit fines tuos pacem et  
adipe frumenti faciat te.

**Nullo tem. Sm Mathe**  
**L**oquente ihu ad un-  
turbas. ecce princeps u-  
nus accessit et adora-  
bat eum dicens. **Q**ue-  
filia mea modo defunc-  
ta est. sed ueni et impo-  
ne manum tuam super  
eam et uiuet. **E**t surges



ihesus sequebatur eum.  
et discipuli eius. Et ecce  
mulier que sanguinis  
fluxum patiebatur du  
odecim annis. accessit re  
tro. et tetigit fimbriam  
uestimenti eius. Dice  
bat enim intra se. Si te  
tigero tantum uestime  
tum eius. salua ero.  
At ihc conuersus et ui  
dens eam. dixit. Confide  
filia. fides tua te saluam  
fecit. Et salua facta est  
mulier. ex illa hora. Et  
cum uenisset ihesus in  
domum principis. et ui  
disset tibicines et turba  
tumultuantem. dice  
bat. Recedite. Non est  
enim mortua puella.  
sed dormit. Et deridebat  
eum. Et cum eietta es  
set turba. intrauit et  
tenuit manum eius.  
Et surrexit puella. Et  
exiit fama hec in uniu

sam terram. **Off.** De pro  
fundis. clamaui ad te domi  
ne domine exaudi oratione

**P**ro nostre **Secre.** meam.  
seruitutis augmento  
sacrificiu e dñe laudis  
offerimus. ut quod in  
meritis contulisti. pro  
pitius exequaris. **P. Co.**  
Amen dico uobis quicquid

orantes petitis credite quia

accipietis et fiet uobis. **Post**

**S**umentes domi **con.**  
ne dona celestia. quesu  
imus ut non nobis pro  
uenire adiudicium paci  
aris. quod tuis fidelibz  
ad remedium prouidif  
ti. **P do. Dominica. xxv.**

**D**icit domi **officium.**

**D**ius ego cogito cogi  
tationes pacis et non afflic  
tionis inuocabitis me et  
ego exaudiam uos et redu  
cam captiuitatem uestram  
detinuitis locis. **V. Benedixit**  
isti domine terram tuam au



tisti captiuitatem iacob.

**E**xalta **Oro** **Gla.** p.  
quesumus domi  
ne tuorum fidelium uo  
luntatem. ut diuini ope  
ris fructum propensius  
exequentes. pietatis tue  
remedia maiora percipiat.

**P** dominum. **Leo Jer**

**E**cce dies **mie** **pphe**  
ueniunt dicit **te.**

dominus. et suscitabo  
dauid germen iustum.  
et regnabit rex et sapi  
ens erit. et faciet iudici  
um et iusticiam intra.

Indiebus illis saluabi  
tur iuda. et israhel ha  
bitabit confidenter. Et  
hoc est nomen quod uo  
cabunt eum. dominus  
iustus noster. Propt  
hoc ecce dies ueniunt di  
cit dominus. et non di  
cent ultra uiuit dñs.  
qui eduxit filios isrl  
de terra egypti. sed uiuit

dominus qui eduxit et  
ad-duxit semen domus  
israhel de terra aquilo  
nis. et de cunctis terris  
ad quas eiecerat eos illuc.  
et habitabunt in terra  
sua. Dicit dominus om  
nipotens. **R.** Liberasti  
nos domine ex affligentibus  
nos et eos qui nos oderunt  
confudisti. **V.** In deo lauda  
bimur tota die et nomini  
tuo confitebimur in secula.

**Atta.** **V.** Qui posuit fi  
nes tuos pacem et adipe fru  
menti faciat te. **Secundū**

**Nullo tem.** **Johannem.**

Cum subleuasset oeu  
los ihe. et uidisset qui  
a multitudo maxima  
uenit ad eum. dicit  
ad phylippum. Unde  
ememus panes ut mā  
ducent hi. **Hoc** autē  
dicebat. temptans eū.  
Ipse enim sciebat. quid  
esset factururus. **Respon**



clit ei philippus. Ducen-  
torum denariorum pa-  
nes non sufficiunt eis.  
ut unusquisque modicum  
quid accipiat. Dicit ei  
unus ex discipulis eius  
andreas frater symonis  
petri. Est puer unus hic.  
qui habet quinque panes  
ordeaceos et duos pisces.  
Sed hec quid sunt int'  
tantos? Dixit ergo ihc.  
Facite homines discum-  
bere. Erat autem fenum  
multum in loco. Discu-  
buerunt ergo uiri. nu-  
mero quasi quinque mi-  
lia. Accepit ergo ihesus  
panes. et cum gratias  
egisset distribuit discu-  
bentibus. Similiter et  
ex piscibus. quantum uo-  
lebant. Ut autem im-  
pleti sunt. dixit discipu-  
lis suis. Colligite que  
superauerunt fragmen-  
ta. ne pereant. College

runt ergo. et impleuerunt  
duodecim chopinos frag-  
mentorum. ex quinque pani-  
bus ordeaceis. que super-  
fuerunt his qui mandu-  
cauerant. Illi ergo homi-  
nes cum uidissent quod  
fecerat signum. dicebant.  
Quia hic est uere ppheta.  
qui uenturus est in  
mundum. **Offer.** De pro-  
fundis clamaui ad te domi-  
ne domine exaudi orationem  
**P**ropitius **Sec.** meam.  
esto domine supplicatio-  
nibus nostris et populi  
tui oblationibus preci-  
busque susceptis. omni-  
um nostrum ad te corda  
conuerte. ut a terrenis  
cupiditatibus liberi ad  
celestia transeamus. **P.**  
**Con.** Amen dico uobis  
quicquid orantes petitis cre-  
dite quia accipietis et fiet uo-  
**C**oncede **ps con.** bis  
nobis domine quesumus?



ut per hec sacramenta que  
sumpsimus quicquid in  
nostra mente uiciosum  
est tue medicationis do  
no curetur. **P. Dominū.**

**In Annuario dedicati  
onis ecclesie officium.**

**H**erribilis est  
locus iste hic do  
mus dei est et  
porta celi et uo  
cabitur aula dei. **Tempore  
resurrectionis alleluia. V.**

Quam dilecta tabernacula  
tua domine uirtutum concu  
piscit et deficit anima mea in  
atria domini. **Gla pū. orō**

**D**eus qui nobis per  
singulos annos  
huius sancti templi tui  
consecrationis reparas  
diem et sacris semper  
mysteris representas in  
colones. exaudi preces  
populi tui. et presta. ut  
quisquis hoc templum  
beneficia petiturus in

greditur cuncta se im  
petrasse letetur. **P. do.**

**Lectio libri apokalyp  
sis beati Johannis apli.**

**I**n diebus illis. **V**idi  
ciuitatem sanctam ie  
rusalem nouam descen  
dentem de celo a deo pa  
ratam. sicut sponsam or  
natam uiro suo. Et au  
diui uocem magnam  
de throno dicentem. **E**c  
ce tabernaculum dei cum  
hominibus. et habita  
bit cum eis. Et ipsi po  
pulus eius erunt. et  
ipse deus cum eis erit  
eorum deus. **E**t abster  
get deus omnem lacri  
mam ab oculis eorum.  
et mors ultra non erit.  
neque luctus neque clamor  
neque dolor erit ultra. que  
prima abierunt. Et  
dixit qui sedebat in thro  
no. **E**cce noua facio om  
nia. **R. L**ocus iste a deo